lyc.in au t.habita.C.ne filius pro pa tre etiam ſi clerici eſſent pauciore. ☞Quod Marianus verum intelligit, ſi clerici conuenirentur nō vt vniuerſitas,ſed vt ſinguli de vniuerſitate, ſic i .c.ſi quis clericus de foro compet.in. xiiii.declaratione, ſed quando conuenirentur vt vniuerſitas tunc non attēditur dignitas ſed pars potentior per tex.in.l.quęritur.ff.de ſtatu homin.& in.c.ex literis & in.c.cum ſecundū.de iure patron.ideo coram iudice layco cōueniretur.☞ Nihilominus finaliter indiſtincte tranſeundum eſt cū Salyc. per ea quæ is idem Marianus cōſuluit quem refert, & dicit ita in practica ſeruari Socyn.in.l.cum ſenatus.circa finem.ff.de rebus dub.nam voluerunt, ꝙ ſi vnus tantum vniuerſitatis clericus eſſet non coram iudice layco vniuerſitas conueniretur. ☞Ita etiam cōtingit vbi laycus eſt clerici conſors litis nam ratione connexitatis coram iudice eccleſiaſtico traheretur.Paul.in cōſil.cccxxiii.in libro.ii. in fine cōſilii. ☞Ex his apparet quomodo quis ingrediendo vniuerſitatem dicatur prorogare forum eccleſiaſticum, vel etiam alium laycalē forum vltra ordinariū ſuum,nam & ſecularium vniuerſitates & collegia dūmodo approbata ſuum rectorem habent coram quo ſinguli de vniuerſitate conueniuntur, vt per Bar.& alios.in.l.ſi.C.de colleg.illici. cum ſimil. ¶Quæ dicta de vniuerſitate mixta clericorum & laycorum procedunt ſiue cauſa diuidua ſit ſiue indiuidua.nam illa diſtinctio procedit nō reſtringendo terminos ad vniuerſitatem ſed ſimpliciter & in omni caſu layci conueniri debent ratione clericorum coram iudice eccleſiaſtico ſi cauſa indiuidua eſſet quinimo rōne vnius tantūmodo clerici admiſſi,vt ſingulariter dinus in.l.iuris peritos.§.i.ff.de excuſ.tut.& ibidē Bar.clarius Socin. vbi ſupra,ad ꝙ doct.mod.in.l.ſi eman cipati.C.d colla.Paul.i cōſi.cccxxiii

libr.ii.& in criminalibus Hyppol.in quodam conſilio ſuo.¶Quæ de clericis dicta procedunt in quibuſcunq; INTRANTIBVS ALIQVAM RELIGIONEM ſeu profitentibus regulam approbatam nam eo ipſo forum prorogaſſe dicuntur.vt in.c.fin.de relig.dom.facit tex.in.c.ſi quis ſuadēte diabolo.xvii.q.iii.& non ſolum profitentes tria ſubſtantialia regulæ videlicet caſtitatem paupertatem & obedientiam de quibus in.c.cum ad monaſterium.de ſtatu regul.ſed etiam CONVERSI talium religionum & regularum licet nullum ſuſceperint ordinem clericalem,nam eccleſiaſticę perſonę ſunt vnde.& eccleſiaſtici fori dicuntur.not.in.c.parrochianos.& in. c.ex tenore cum ſimil.de ſententia excōm.& in.c.ex eo.de elect.in.vi.cum ſimil.ita Marianus in.vii.declara.vt ſunt qui vocantur TERTII ORDINIS Felyn.in.c.ii.de foro.compet.poſt Iohā.an.in.c.ſciant.de elect. in.vi.& vt ſunt qui vocantur FRATRES GAVDENTES ſecūdū Bart.in.l.i.ff.de pœnis, latius i.l.ſemper.ff.de iure imun.dicens ita conſuluiſſe Gui.Archid.& Dynus.& vt ſunt FRATRES DE POENITENTIA ad ꝙ Calderin.in conſil.xci. Bal.in.l.placet.C.de ſacr.ſanct.eccle. de quibus an eccleſiaſticę perſonę ſint Anchar.in.c.ea quę.de reg.iur.in.vi. doctoresq; in.c.i.de Simon.☞Cōtrariam tamen opin.in iſtis fratribus tenuerunt Federic.in conſil.cxlv.Guil. de monte laud.in clem.cum ex eo.de ſententia excōmun.& ibidem anchar. & Calderinus in conſi.lvi.ex ratione quia non ſunt ſtricte perſonæ eccleſiaſticę,melius quia non profitentur ſubſtātialia regulę & neq; vxores neq; bona dimittunt & recte intuendo eorum ſtatus magis tendit ad laycalem ꝗ eccleſiaſticū vnde ſuccedit tex.in.l.quæritur.ff.de ſtatu hom.facit tex.i.c.duo ſūt.vii.q.ii.☞Nihilominus Marianus

diſtinguit in.ix.declaratiōe, ꝙ aut iſti aſſumunt habitum religionis auctoritate ſuperioris ita vt ppetuo ſint deo dediti & mortuis vxoribus alias non ducant ęquum ſit fori priuilegio gaudere niſi fraudelenter ſuſcepiſſent,ſi vero aliter habitū ſumpſiſſent locus erit opinioni Federici,niſi conuenirentur ob res effectas de foro eccleſię ad ꝙ.c. ſane eodem contrariis reſpondet, & ſubdit in his multum operari conſuetudinem, aduerte tamen dum dicit, ꝙ æquum eſt &c.nam non tolluntur ꝑfate rationes de dicta.l.quæritur, qua de re potius dicerem eſſe locum pręuentioni. ¶ Ex quibus ita dictis facies cōcluſionem, ꝙ quoties magis eorum ſtatus participaret de continētia,& vita eccleſiaſtica q̄ laycali, foro gauderēt,exemplum datur in fratribus, qui vocantur HIESVATI.Dñs Ant. in.c.ii.de foro competē.ſed Abbas in .c.i.eodem contrariū tenuit quia poſſunt redire ad ſeculum,& quia mortaliter peccant faciendo nouam religionem contra.c.fin.de relig.dom.cum ſimil.vnde cōmodum non merentur. arg.notatorum in.c.ii.de cler.coiug. Cui reſpon.Marianus in.d.c.i.ꝙ audiuit eos habere priuilegia ſummorum pontificum,itaq; eſſe perſonas eccleſiaſticas. ℣ Aduerto quia ſi procedit ex priuilegio, non congruit pro exēplo noſtræ concluſionis, concluderem ꝙ & ſine priuilegio.ratione vitæ atq; ſtatus eorum foro gaudere deberent,nec obſt.ꝙ poſſint redire ad ſeculum q̄a ſtante ſaltim infamia facti redire non poſſunt,nam id fieri nō poſſe dicitur, ꝙ factum infamiam quamuis facti irrogaret,vel ꝙ minus honeſte factum diceretur argu.& not.in.§.impoſſibilis inſt.de hęred.inſti.prętereà clerici in minoribus ordinibus cōſtituti poſſūt redire ad ſeculum tamen &c. ¶ Secundum exemplum datur in his qui vocātur CANONICI SÆCVLARES, & quāuis quidam contrariū velint nihilominus Rota ī antiquis deciſ.cccxcviii.hoc tenet cum diſtinctione ſi portant habitum ſuæ canoniæ, vt ſuperlitium,vel alium habitum,nec degunt in propriis domibus,ſed in ſeruitium dei; & quamuis Marian.aliter concludat videlicet.concluſionē non aliter eſſe veram quā ſi cum epiſcopi vel alterius ſuperioris auctoritate habitum aſſumpſiſſent,nihilominus concluderem cum ipſa Rota non tam cōſiderando epiſcopi auctoritatem q̄ eorum viuēdi modum vna cum lege honeſtatis eos prohibente ad ſęculum,redire arg.l.digna vox.ff.de legibus. ℣ Sed in HEREMITIS trāſirem cum Mariano.videlicet foro nō gaudere ſi ſine epiſcopi auctoritate habitū aſſumpſiſſent nam non tantum clerici non ſunt,ſed neq; religioſi niſi large, vt not.in.c.eccleſia de conſtitut.ſunt ſicut locuſtę ſine rege.not.xvi.q.in.c. qui vere.& ibidem Guil.ad libitum recedunt nec ita lege honeſtatis ſicut ſupra prohibentur, ſic Archid.& Iohā. de lign.in.clem.ii.de prębē.vbi Guil. de mōte laud.& Ancha.in regula.ea quę fiunt.in.vi.in.vii.q.& in clem.cū ex eo de ſententia excōm.referēs vtrobiq; conſuluiſſe Iohānem Calder.ſed Abbas.in.d.c.vult.æquum eſſe vt foro gauderēt, & hoc modo locum eſſe opinioni innoc.in.c.monaſterium.d elect.dñi.Ant.& Zenzolini ibidem. ℣ Placet nihilominus mihi opinio.ī. ꝙ neq; de æquitate foro gratulentur rationibus dictis nam certe ſunt homines vagabundi de quibus nulla certa coniectura dari poteſt ꝙ in ſeruitium dei ſint perſeueraturi non regulā neq; ſuperiorem habent ſub cuius diſciplina militent minus lege honeſtatis perſeuerare coguntur vt de Canonicis ſęcularibus dictum eſt inde dicerem poſſe coram vtroq; iudice cōueniri, & eſſe locum pręuentioni, vt alias dixit ſpeculator de paupibus in titu.de inſtru.editione in.§.nūc aliqua vbi vi

debis

debīs rationes & Ioan.an. in.c. Ioan-
nes de teſta.ad ꝙ Marian.in.c.cum ſit
& in.c.licet.de foro compe. ¶ Simili-
ter dicerem de rectoribus ſecularibus
piorum locorum hoſpitalariis lepro-
ſariis,& ſimil. ne foro priuilegientur.
ſecundum laud.& Ioā.de lig. in clemē.
ii.de præben.niſi talia pia loca cū au-
ctoritate epi ædificaſſent atq; i eius ma
nibus caſte viuere mortuaq; vxorē aliā
non ſuperinducere promiſiſſent inſup
propriis renunciaſſent iſto caſu foro
gauderent vt Hoſtien.in ſumma de re
gul.in.c.i.idem tenet Abb.vbi ſupra &
ſequitur Marian. ¶ Subdens ita intelli
gi textum.in.c.ii.de eccleſi.ædifi.alias
non niſi conuenirentur ratione bono
rum quæ obtuliſſent alicui loco de fo
ro eccleſiæ vt habetur.in.c.ſane de fo
ro competen.& vt ſupra de ruſticis di-
ctum eſt nam tunc coram iudice eccle-
ſiaſtico loci in quo bona ſita eſſent cō
ueniretur vt habetur ibidem.

TErtio MILITIA LITERALI
prorogat forus iuris di-
ſpoſitione ſpeciali fauore ſcholarium
eo.n. ipſo quo quis literis profitetur
prorogatur forus præceptoris eius &
epiſcopi,habetur in auc.habita.C.ne fi
lius pro patre.& in prohœmio ffórū.
§.fin. ¶ Quod verum eſt pro geſtis in
ſtudio ſecus ſi alibi.de quo Bart.in.l.
hæres abſens.ff.de iudi.in.§.proinde.
Bald.in auct.d. Butrius in.c.fi.de foro
compet.licet Barto.aliter velle videa-
tur,in.l.fin. C.vbi ſenator. vel clariſſ.
indiſtincte concludens ꝙ vbi quis cō-
uerſatur ibi cōueniri poſſit & eum ibi-
dem Bal.notat.& videtur voluiſſe gl.
in.d.l.hæres.& barto.in.l.lex corne-
lia.ff.de iniur.quod affirmarem ſi ſub
velamine ſtudiorum ibi commorare-
tur alias non per ſupradicta. ¶ Tertius
iudex ſcholarium eſt poteſtas ciuitatis
quia eſt omnium ibidem cōtrahentiū
ordinarius iudex,qđ procedit ſi ſcho-
laris eum malit vt per glo.in auct.prę
fata vbi comprehenditur in fine pro-
hœmii.dicunt Abbas,& Marian.in.d.
c.fin.propter quod apparet ꝙ quāuis
ſcholaris habeat priuilegium exceptio
nis a iuriſdictione ordinario & poſſit
eligere dictos duos primos iudices nō
tamen ordinarius perdit iuriſdictionē.
facit.l.fin.C.de iuriſd om.iud. intelli-
ge vt ſupra videlicet,volente ſcholari.
ſed ſi actor velit eligere poteſtatem tā-
quā vnum ex tribus iudicibus non ad
mitteretur Saly.in auct.præfata quem
ſequutus eſt Marian.in.d.c.fina. ¶ Eſt
etiam & quartus ſcholarium iudex nō
iure ciuili ſed potius ſtatutario videli-
cet ſcholarium rector in quo dicas nō
vt in p̄dictis videlicet ꝙ ſcholaris con
uentus coram vno de prędictis poſſit
ſibi eligere rectorem ſicut econuerſo
ſed immo totū contrariū videlicet ꝙ
ſcholaris conuentus corā rectore non
poſſit eligere vnum ex prędictis & cō-
uentus coram vno de prædictis non
poteſt eligere rectorē ſic Abba. quē ſe-
quitur vbi ſupra Marianus tenuit vt
nouum & veriſſimū prius hoc voluit
Bald.in auct.habita ſi vis videre hinc
inde motiua poſuit Marian. in.d.c.fi.
in verſicul. vlterius recitans etiam di-
ſputando. ¶ Et tenet ꝙ clericus ſchola
ris non poſſit vti optione de qua in.d.
auct.habita laicum iudicem eligendo
quia quāuis per generalem licentiam
canonis de ſtando in ſtudio theologię
puta,cenſeatur omnia cōceſſa ſine qui
bus ſcholaris cōmode in ſtudio cōmo
rari non poſſet nihilominus ſchola-
ris cōmode ſine tali electione in ſtudio
ſtare poteſt,neq; credendum eſt in gene
rali conceſſione principem conceſſiſſe
quæ ſpecialiter nō fuiſſet conceſſurus,
pręiudicare videlicet toto ordini cleri
cali quod fit ſi vnus tātum clericus co
ram iudice laico conueniretur.c. ſi di
ligenti de foro compe.nec obſt. de feu
do quia ideo clericus coram dño feu-
di conuenitur ſic ſæculari ꝙ pro par-
te rem ipſam feudalē & nomen rei ſuę
quodāmodo directi dominii & Impe-

ratot ab initio conceſſit hoc domino
feudi.l.imperialē.§.prætereà de pro-
hib.feu.alie.per Fede.quā iuriſditionē
eccleſia approbauit ex quo abſq; ea di
ſpendium ſentiebat cum non alias feu
dum acquirere potuiſſet hæc ratio nō
ceſſat ſeu neceſſitas in eligendo iudice
laico:ergo &c.ſed ſi ſcholaris clericus
conueniretur coram rectore clerico
eius iuriſditionem declinare nō poſſet
non quia ſic diſponatur in auct. habi-
ta:nam Imperator de clericis diſpo-
nere nō poterat,ſed quia eſt in ſtudio
virtute canonis Papæ vel epiſcopi di
ſtringatur virtute prorogatiōis. ¶ De
hac materia habetur in.c. ſignificaſti.
de foro competē. Quid ſi ſcholaris ha
beat plures doctores ſeu magiſtros &
conuentus coram vno velit eligere.
Alium ꝙ poſſit,ſi alter eſt ęque princi
palis alias ſecus. Bald.in.d.auct. vbi &
quomodo debeat eligere & plures arti
culos vide: non eſt materia noſtra,teti
gimus pręfata quæ concernebant pro
rogationem. ¶ In hoc tamen vnum
dicam ꝙ cum ſit in electione ſcholaris
conuenti.vt in.d.auct habita.ĩ cōtra
rium eſt ius commune, vt ſic quotiens
reus conuentus eſſet talis in quem cō-
currerent plures fori, erit in poteſtate
actoris in quo eũ conenire malit glo.
penul.in.c.dilecti.de foro competen.
per not.in.c.cum ſit eod. & ibi com-
muniter doct. Specu.de competē.iud.
adit.§.i.verſi. quid ſi debitor.& gloſ.
& docto.in.c.ſtatutum.§.cum vero de
reſcrip.in.vi.adde his pręfatis ꝙ doctor
conductus ad legendum ſecundum ali
quos ſortitur ibi domicilium ciuilita-
tis. Barto.in.l.filii.§.fi.ff.ad municip.
& in.l.municeps Florian. in.c.fin.de
parroch. ¶ Quarto militia rurali pro
rogatur forus videlicet agricultura vt
romę exercentes agriculturā corā cō
ſulibus nobilis artis bobacteriorum
tantum conueniuntur. ſed tamen non
in genere vt in ſuperioribus ſed de per
tinentibus ad artem tantum vnde pro
rogatur exercendo agriculturam.
¶ Sic dicēdum de militia mercatoria:
nam & pręſunt conſules mercatorum
alibi dicti iudices mercaturæ. ¶ Sic de
militia maris nautarum coram admi-
ranti de quibus Speculator de compe.
iudi.adit.in.§.i.verſi.xxviii.per Inn.
Ioā.An. & alios.in.c.ſignificantibus.
de offi.delega. ¶ Similiter de militia
fabrili probatur ex his quæ habentur.
in.l.fina.C.de iuriſdi. omnium iudi.&
in.l.i.C.de conſtitu.pecu.per Marian.
in.c.cum omnes de conſti.& licet quis
fuerit de vna arte poſtea deſierit de his
quæ geſſerit tempore illius artis corā
iudicibus eiuſdē conueniri poteſt Pau.
de caſtr.in.d.l.ii.& in.d.l.fin.Marian.
in rubri de foro competen.verſi.47.
vide late Barba.in addit.ad Bal.in.l.
nulli.C.quorum appel.non recip.

QVARTO principa
liter in genere pro-
rogatur iuris diſpo
ſitione forus. ME-
DIANTE PRÆ-
SCRIPTIONE
VEL CONSVE-
TVDINE quæ differunt nam pre
ſcriptio eſt vbi præſcribens contra ali
quem priuatum vel publicum median
te præſcriptione vel conſuetudine ac
quiſiuiſſet illud ius quod ſtatuendo ac-
quirere non potuiſſet. ¶ Exemplū quā
do ius particulari perſonæ acquirere-
tur vel pluribus perſonis quæ loco
vnius haberentur puta collegiatis. vt
habetur in.l. proponebat & in.l.mor
tuo.ff.de iudic.nam particularis per-
ſona vl collegium ius tertii ſtatuendo
acquirere non poſſet, bene verum eſt
collegium reſpectu particularium. de
collegio acquirere poſſe.l.fin.C. de iu
riſdi.om.iud.& tunc præſcriptio non
ſed conſuetudo diceretur Marianus &
Bartolom.in.c.cū contingat.in verſi
cu.circa ſeptimum.de foro competē.
¶ Itaq; ſi populus acquireret ius priua
ti vel alterius populi quod ſtatuendo

acquirere potuiſſet puta ſui ſubiecti tūc non præſcriptione ſed conſuetudine acquiſitum diceretur, quia cōſuetudo dicitur lex non ſcripta quæ debet eſſe communis ſicut ſcripta.iiii.diſtinct.c. erit autem lex. ℭ Secundum exemplū in.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.cōmunia prędiorum vbi poteſt conſuetudine quęri ꝙ dato precio quiſꝗ lapides fodere poſſit vel excidere ex fundo priuati. ☞ Euenire tamen poteſt ꝙ vnus & idem vſus vno reſpectu præſcriptio altero vero conſuetudo dicatur. Marianus exemplat poſt Ioan.an. in.c.cum hi.de conſuet.lib.vi.in epiſcopo qui acquiſiuit vt ſolus & ſine conſilio capituli corrigere poſſit: nam reſpectu epiſcopi præſcriptio eſt reſpectu ſubditorum(qui per ſolum epiſcopum veniunt corrigendi)eſt cōſuetudo. vnde quatenus epiſcopus contenderet contra capitulum tenetur oſtendere titulū qui neceſſarius eſt in pręſcriptiōe.quatenus vero contra ſubditos non tenetur cum in conſuetudine non requiratur. ℭ Redeundo forus in genere prorogatur &c.dummodo exercēs actum iuriſditionalem animum habeat acquirendi quaſi poſſeſſionem generalis iuriſditionis vel particularis cum & in ſpecie quoꝗ forus taliter prorogetur. nā nō acquirit̃ ſine poſſeſſione poſſeſſio vero nec ſine animo.l.iii.ff.de acquiren.poſſeſſio.l.licet.C.eod.c.paſtoralis de priuileg.animus autem eſſe debet vt iure ſuo vti credat.l.fin.ff. quemad. ſeruit.amittē.l.fina.ff.de itinere actuꝗ priuat.Innocen.in.c. cum dilectus. de Capella.monach.in glo. quem intelligit Marianus in hoc vt effectualiter acquiratur.defendiꝗ poſſit. ☞ Quomodo vero acquiratur vide Soci. in conſil. clxxxvii. ☞ Et probatur animus vel ꝑ expſſa verba puta dicendo ꝙ nō vtitur gratioſe ſed ex debito, vl' ex actu quia frequenter vtitur alio vidente neque contradicente.idem ſi contradicceret & ipſe vtens reſiſteret argumen.l. fin.ff.quemad.ſeruit.amitten.l.prima §.fin.&.§.Iulianus.ff.de itinere actuꝗ priuat. ☞ Vel quia exercet id quod cōpetere non poteſt niſi ius habenti vel alias prout per Ioan.and. in.c. bone. de poſtul.pręlato. ℭ Præterea debet exercere actum inꝗ iuriſditionalē qui pertineat ad iuriſditionem quam pręſcribere vel per conſuetudinem quęrere vellet. ☞ Vnde dic per Marianum in d.c.verſicu.circa quartum.poſt Ioan. and.ꝙ aut eſt talis actus qui ad talē officium vel dignitatem quam acquirere vellet,de iure ſpectat & tūc illius actus exercitium probare ſatis eſt. puta vt eſt archidiaconi inueſtitura.c.noſtrū. de offi.archidia. ſic de ſingulis vt per Bald.in.d.diſputatione incipien.apuleus.& tūc tenetur quis probare illud quæſiuiſſe conſuetudine per actus conformes.argumen.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur. in quantum loquitur de præſtatione formi, & ꝙ notatur in.l. ſejo.ff.de annuis legat.in.§.mendico, itaꝗ per actus ordinarios illius officii ſeu dignitatis probare tenetur. ☞ Quare ſequitur ꝙ ſi probarem anteceſſores meos vel me conſueuiſſe creare tabelliones in tali caſtro non per hoc illius caſtri iuriſditionem conſuetudine vel præſcriptione quęſiuiſſe dicor. nam poteſtas creandi tabelliones a territorio ſeparata eſt neꝗ propter territorium ſed ex priuilegio competit ſeu conſuetudine,vnde ex vnius poſſeſſione ad alterius poſſeſſionem non infertur quadere meos exercuiſſe caſum meri vel mixti imperii aut ſimplicis iuriſditionis probare debueram itaꝗ actū iuriſditionalem territorio coherentē. argumen.l.pupillus.in.§.territorium ff.de verb.ſignifica. ſic intelligo doctores. Marianus eſt taliter corruptus ꝙ vix percipitur ſenſus immo confuſio. ☞ Intellige tamen vt dixi ꝙ probando exercuiſſe actum meri & mixti imperii, præſcriptione acquiri merum imperium non autem aliam ſpeciem iuriſ-

dictionis, & econuerſo, nec ille qui pręſcripſit iuriſditionē appellationum ius ſimplicis querelę quæſiuiſſe videtur Bald. in. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. vendic. quicquid dixerit Bald. in ſua diſputa. incipiē. apuleus. volens ꝙ potius cauſa actus iſpiciatur q̄ actus ipſe itaq; per cauſam videlicet animum vniuerſalem vt vniuerſalis poſſeſſio acquiratur. quod infra melius declarabo. tangit Socin. in. d. conſil. clxxxvii.

¶ Redeundo forus ſiue iuriſditio per præſcriptionem ſiue cōſuetudinem in genere acquiretur vt dixi & dummodo ſit legitime præſcripta. videlicet ab eo qui iuriſditionē præſcribere potuerit. In quo dicendum eſt: ꝙ. ¶ Aut loquimur in pſcribendis his. QVÆ SVNT ORDINIS ſeu caracteris & tunc oportet vt præſcribens habeat ordinem ſeu caracterem alias non pręſcriberet. ℣ Vnde ſecundum Hoſtien. & Ioan. an. in. c. venerabilibus. de ſenten. excommuni. in. vi. priuata perſona non præſcribit poteſtatem excommunicandi ſed dūtaxat prælatus, argumen. c. cum ſatis. de offi. archidia. c. dudum. de elect. c. conquerente. vbi doct. de officio ordina. dominus Anto. Zabarell. & Marianus in. d. c. cum contingat. de foro competen. ℣ Quāuis non haberet poteſtatem gladii. Et tunc nō acquirit ſibi tanquā ſibi ſed tanquam prælaturę. ſecundum not. in. c. noua. & in. c. omnis. de pœniten. & remiſſi.

¶ Aut ſumus in pſcribendis ALIIS IVRISDITIONALIBVS & tunc priuata perſona non pręſcribet. arg. eorum quæ diximus in ſubſtātialibus prorogationis. dum loquuti ſumus de extremis, & quod non eſt extendi non poteſt, cōcluſio noſtra probatur in. c. irrefragabili. §. exceſſus, de officio ordin. in. c. auditis. & in. c. cū olim. de pſcrip. in. c. ad hæc de exceſſ. pręla. cum ſimil. ℣ Niſi priuata perſona ſimul & ſemel. per pręſcriptionem acquireret ſubiectos & exercitium iuriſditionalium atq; Imperii arg. not. per inoc. in. c. cum dilectus. de capel. monachorum, & notatorum in. c. dilecta. de ſentētia excōm. lib. vi. ℣ Item niſi eſſemus in. caſu. c. cum contingat. de foro competē. vbi conſuetudo dat iuriſditionem ſuper ſeruientes, etiam in criminalibus. quod alibi non legitur, ſecundum Iohā. an. & Marianum. ibidem. ℣ Sic igitur dicetur vt patres ſuper filios & dñi in ſeruos. mercennarios conſuetudine quęrant iuriſditionem q̄uis alias omni careant. iuriſditione. ℣ Et loquimur in criminalibus, vt eſt tex. ſecundum ꝙ gloſ. intelligit. in. l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſdi. om. iudi. & notatur in. d. l. in priuatis. ff. de iudi. ℣ Neq; pro eis. argu. l. extat. ff. ꝙ met. cauſa. neq; contra eos. ℣ Bene verum eſt ꝙ Dñs poteſt ſeruos leuiter caſtigare, & eſt eius quaſi iudex, vt dicit text. in. l. i. §. ſi percuſſos. ff. ad ſyll. l. quid ergo in. §. hęres. de legat. i. non tamen ſupra modum nam ſi eum occideret decapitaretur Bald. in. l. i. C. de emend. ſeruorum, & concludenter nō habet iuriſditionem niſi conſuetudine quęrat. ℣ Similiter pater ſecūdum cuius voluntatem iudex ſententiā ferre debet. l. iii. C. de patr. pōt. ℣ Quid de nobili in ſuos ſubditos Bal. in auc. ad hęc. C. de latina libert. tollenda. ℣ Quid de marito in vxorem Rom. in ſing. iiii. incip. licet &c. vbi leuiter caſtigare ſed carcerare non licet. ¶ AN AVTEM NON EXTANTE CONSVETVDINE, TALES ET SIMILES PVTA VIR SVPER VXOREM VEL DOMINVS SVPER SERVVM. habeant iuriſditionem, in ciuilibus per gloſam habetur in. l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſ. om. iudic. materia recitatur per Marianum. in. d. c. diſtinguentem aut tales alias iuriſditionem habent ordinariam, vel delegatam, aut non & recitātē opiniones. ℣ Vnde quoniam eſt mater competentię fori eam non prætermitta-

mus igitur dicemus abſolute loquendo ꝙ. ¶ Aut eſt ordinarius, & nequaꝗ ius dicere poſſet in criminalibus, & ciuilibus inter ſuos eſt tex. in. l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſd. om. iud. vt communiter intelligitur, nam verba in potiori ſignificatu &c. l. i. ff. ſi ager. vectigal. Itē proprie nō improprie. l. iii. § hæc verba. de neg. geſt. ſed delegatus improprie dicitur p̄eſſe iuriſditioni. l. i. §. qui mandata. ff. de officio eius ergo verbum iuriſditioni in. d. l. qui iuriſditioni de ordinaria intelligetur vt ſic proprie, & in potiori ſignificatu &c. ¶ Sed aduertēdū eſt quia Paul. de Caſtr. Alex. & Decius intelligunt. d. l. qui iuriſditioni procedere ſi iudex fuerit recuſatus ex ratione quia lex illa facta eſt fauore priuatorum, & fundatur in honeſtate cui fauori poteſt renunciari. l. ſi quis. C. de pactis. & renūciatū dicitur ſi nō ſit recuſatus per. l. in priuatis. ff. de iudi. & l. quin. etiā. ff. de arbitr. ¶ Nec obſt. verbū debet i eadē. l. prolatū negatiue, quod importat excluſionē renūciationis, vt per glo. in. l. i. in fin. C. ne fideiuſ. dot. dentur, quia tollitur ex p̄dictis maxime, q͂a fundamento honeſtatis in fauorē priuatorum de quo in. d. l. priuatę perſonæ renunciare potuerunt. d. l. ſi quis hunc intellectum ſequi videntur Calderin. dn̄s Ant. & Marianus poſt dn̄m ſuum, hoc eſt Abbatē. in. d. c. cum cōtingat. verſi. circa tertium in. ii. col. in fin. ¶ Contra quos tenerem quia ꝙ iudex fuerit recuſatus in caſu. d. l. cui iuriſditio vltra diuinationem eſt extrinſeca ſubauditio, contra. l. quæ extrinſecus, de verb. oblig. & l. ſi emancipati. C. de collat. & contra tex. in prohemio inſtit. ¶ Nec ob. d. l. in priuatis. & d. l. quin etiam quia dico eas verificari vbi filiusfam. eſſet reus vt per glo. in. d. l. qui iuriſditioni & ibidē Paul. de Caſtro. nam. d. l. in priuatis, loquitur per verbum poteſt. quod verificatur, vt ſupra. & non vbi criminaliter contra ipſum ageretur, vt glo. ibidem neq; vbi filiusfami. eſſet actor quia tūc. d. l. qui iuriſditioni nimis offenderetur, quæ non eſt cauillanda cum ſubauditione fulg. Paul. Alex. & Deci. maxime quia eius verba ſonant, vt loquatur quando filius actor eſt. vt Decius declarat in fin. d. l. qui iuriſditioni ꝗuis contrarium tenuerit vt Iaſoni aduerſaretur. ¶ Et ſic poſſumus limitare cōcluſionem melior eſt tex. in. l. lege cornelia. ibi ei qui agit a, contrario ſenſu. ff. de iniuriis. ¶ Et pro noſtra opin. facit quod Iaſon dixit id quod Bal. in. l. eoſ. in. ii. col. C. de appel. volens per illum text. ꝙ ſententia lata p iudicem ſuſpectum ſuſpitione iuris eſt ipſo iure nulla, quamuis non fuerit recuſatus. ¶ Nec eſt vera reſponſio Decii ꝙ in. d. l. eos ſit maior ſuſpitio, cū non ſit veriſimile, vt ſententiam ferat contra ſententiam ſemel datā itaq; ſe corrigat; nam imo maior eſt ſuſpitio in caſu noſtro, vt quilibet non aliter dicet cum hic tractetur de proprio lucro, & potius eſt veriſimile ſe ipſum corrigere ꝗ expectare ab aliis corrigi text. eſt. in auct. vt fratrū filii &c. Decius in. l. edita. C. de eden. ¶ Nec ob. tex. in. c. poſtremo de appel. in verbo poterit recuſari pōderatus per Deciū contra Iaſonem & noſtram opinionē quia reſpondeo ꝙ loquitur in iudice delegato vt dicam nos autem in ordinario, vel dicas illud iure Canonico, vt modo ponemus. ¶ Et noſtram opinionem prius tenuit Anto. de Butrio in. c. dilecti. de appellat. & hanc opinionem cōcludenter tenuit Marianus in. d. c. cum contingat in verſi. circa tertium. prope finē verſiculi. de foro competenti dum dicit de iure ciuili ꝗuis nō diſputauerit neq; ſaluauerit, & eam puto veriſſimam, quamuis Iaſon dixerit contrariam eſſe cōmunē. ¶ Et finaliter concluſio noſtra limitatur ſecundo in delegato non obſtante ꝙ filius ſit actor, quod verum dicas & de

iure Canonico clarum eſt.in.d.c.poſtremo, de iure ciuili ſimiliter duplici ratione. videlicet. quia poteſt in totũ recuſari.l.apertiſſimi.&.l.cum ſpeciali.C.de iudi.vnde ſi non recuſauit imputetur eidem,vt dicit Marianus,ordinarius non in totum ſed datur adiunctus auct.ſi vero contigerit,eodem. ☞ Hanc reprobat Iaſon qa de iure Canonico, poteſt ordinarius in totum recuſari.c.legitima.de appellat.in antiquis. ☞ Vnde dat aliã rationẽ,quia delegatus poteſt quandocunq; reuocari.l. iudicium ſoluitur .ff. de iudic. ordinarius vero non.l.penul.ff.de officio pręſidis aduerte quia recidit in eãdem quam tenerem. ☞ Nec obſt.Iaſon.de.c.legitima quia reſpondeo ꝙ propter id.concluſio noſtra tertio limitatur non habere locum de iure canonico, & hoc voluit Marianus vbi ſupra.nam iudicare poterit q̃uis filius ſit actor niſi recuſetur intellige in cã ſua ſed in cauſa eccleſiæ ſuæ non poteſt recuſari, & ſic intelligo.glo.ordinariam.in.c.ſi quis erga in glo.fin.ii.q.vii.& in.c.cum veniſſent, de iudi.& innoc.in.c.noſtra.de elect. & notata per Bal.in.l.i.C.ne quis in cauſa propria in fine. ☞ Quæ limitatio forſitan ſublimitatur, ne locum vẽdicet in criminalibus per glo.in.§.tria.iii.q.vii quę vult in criminalibus poſſe tantũ, ad litis conteſtationem.recitatam per Marianum.quam nõ inueni. ☞ Firma tamen ſublimitationem quia cum iure ciuili nullo modo poſſit in criminalibus.d.l.in priuatis, & ibi glo.per verbũ priuatis a,cõtrario ſenſu. ſimiliter dicemus in iure Canonico cũ aliter diſpoſitum non inueniatur, vt iura iuribus concordentur.c.cum expediat.de elect.in.vi.& quia vbi non eſt iure Canonico deciſum.ſtatur iuri ciuili,etiam in foro canonum, doct.i.c.i.de noui operis nunc. ☞ Et pro hac ſecundo adduco dictum, Baldi in.d.l.eos ſupra relatum. ❡ Quarto limitatur i IVRISDITIONE VOLVNTARIA illa tamẽ in qua cauſę cognitio non requiratur.argu.l.ſi conſul.ff.de adop.&.l.apud filium.ff.de manu,vindicta,ſecus ſi reqreretur.ita Iaſon.in.d.l.qui iuriſditioni.per tex.in.c.per venerabilem.§.inſuper qui filii.ſint legit.& ibi glo. ❡ Quinto limitatur vbi actio eſſet TEMPORE PERITVRA nam tunc poterit eſſe iudex,vſq; ad litis conteſt.incluſiue.l.ſenatusconſulto .ff.de officio pręſid.& eſt glo.in.d.l.qui iuriſditioni,& ibi Iaſon.addas ꝙ ſi per ſimplicem interpellationẽ perpetuaretur vlterius iudex eſſe non poſſet de quibus, vide quod diximus in pręuẽtiõe. ❡ Sexto limitatur IN CAVSIS VILISSIMIS .d.l. ſenatusconſulto . in verbo parciſſime. Ang. Fulg.& Iaſon.in.d.l.qui iuriſditioni,quia lex non ſuſpicatur in his declinari a,recta iuſtitia, ſequitur Decius quicquid dixerit Alex. ☞ Et breuiter conclude ꝙ vbicunq; ſuſpitio ceſſat, vel quia iudex eſſet religioſus, vt ſpec.de iudice.delegato.§.ſupereſt.verſi.quid ſi non eſt conſanguineus.Alex.Iaſon in.d.l.poterit eſſe. ☞ Sed Decius contra.cui reſponde ꝙ q̃uis per qualitatem religionis nõ recedatur a regulis iuris, tamen receditur vbi ratio regulæ ceſſaret.arg.l.adigere.§.q̃uis.ff.de iure patron.cũ ſimil. ☞ Et q̃uis ratio i caſu noſtro ceſſare non videatur,cũm affectio naturalis duret.vt dicit Decius argu.tex.in.§.ſed naturalia.inſt.de iure naturali.gent.& ciuili,tamen intuẽdo recte ceſſat.quia cum propter religionẽ, omnia propria reliquerit, eadem ratione dicendũ eſt,ne propter aliqua de,quibus litigium eſſet animam perdere velit,& multo fortius.argu.l.ii.ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni.iur. ☞ Accedat quia naturalis affectio non verificatur in lucro.l.qui habet.ff.de tutel.&.d.§.ſed naturalia.vbi maxime ſumus in caſu noſtro.in quo loquimur de talia

b⁹s qui pro mortuis quo ad mundum habentur.c.ii.&.iii.de ſtatu monach. ⁋ Non ob.ſi quando deponit iurare tenetur .c. nuper.de teſtibus quia dico id pro forma requiri,in quibus de forma fateor ne propter religionem excuſetur. ⁋ Non ob Bal.in.c.i.in fi. vt lite pend. quia impetratio reſcripti apparet ꝙ eſt ſubreptitia.per hoc ſanctitas non excuſat.nam in certis non eſt locus coniecturis.l.continuus.§. cum ita de verb.oblig. ⁋ Ex his etiam inferre poteris, ꝙ inter duos pariter cõiunctos poterit eſſe iudex, quia par ratio affectionis tollit ſuſpitioné bar. Alex. Iaſon & omnes in.d.l.qui iuriſditioni, Canon.in.d.c. poſtremo. de appell. ¶ Septimo limitatur IN OFFICIALI DELINQVENTE in officio puta notario vel aſſeſſore nã poteſtas cum condẽnare poteſt neq; ab eius ſententia appellaretur.text.eſt.in .l.nulli.vbi Bar.& Ang.C.quorũ appell.nõ recipiũtur. Ang. Saly. Alex. Iaſon.& Decius in.d.l.qui iuriſditioni. ⁋ Fortius nec recuſari poſſet,vt Decius ibidem. ⁋ Exemplum ſi cõmiſſerit barattariam, pro ſententia nũmos recipiendo Paul.in conſil.cliii. ⁋ Et durante officio conuenitur.glo. Bart,& doct.in.l.pars litterarum.ff.de iudi. ⁋ Idem ſi deliquerit extra officium, ſi delictum.ſit notorium.Dñs Ant.in.c. ex pte decani.in.iiii.col.de reſcript. ⁋ Quod verum eſt vbi pœna certa, & limitata eſſet a iure. Abbas.in.c propoſuiſti in fiñ.de appell.quem ſequitur Iaſon. ¶ Octauo limitatur. VBI EXTARET CONSVETVDO. de qua ſupra ſatis diximus.d.c.cum contingat.Iaſon addit,tex.in.c.i.de pœnis.in .vii. vbi gloſ. in verbo punire Decius textum.in.c.conqueſtus &.c. dilecti.de arbitr. ⁋ Aduertit nihilominus,ꝙ iſta conſuetudo quæ tribuit iuriſditionem non videtur excludere recuſationem, quia licet cauſa cõmittatur ſuſpectonon per hoc tollitur recuſatio gloſ.in.c.ad hæc de reſcript. ⁋ Vnde cõcludit ꝙ parum limitatio operaretur niſi per conſuetudinem recuſatio tolleretur, ſic dicũt in.d.l.vnica.C.ne quis in cauſa propria &c. ¶ Quas omnes limitatiões dicas per doct.procedere vbi etiam quis non in cauſa ſuorum ſed PROPRIA IVDEX ESSE VELLET, ſic limitatur titulus.C.ne q̄s in cauſa propria doc. in d.l.qui iuriſditioni.per illum textũ ęquiparantem. ⁋ In caſu tamen ſeptimę limitationis contra tenerem ſi puta delictum cõmiſſum eſſet in perſonã ipſius,ne iudex eſſe poſſit. ⁋ Quod hic per Iac.de Aren.& Bal.in.l.i.C.ne q̄s in cauſa propria videlicet ꝙ ſi crimẽ eſt notoriũ punire poſſit quia potius dicitur exequutor q̄ cognitor . vel iudex. ⁋ Nec poteſt allegari ſuſpectus ex quo notorium eſt,vt Cinus ibidem, & vide.addit ad Baldũ. ⁋ Quod vltimũ intelligo vbi a iure certa pœna ſtatuta reperiretur ſeu limitata.alias dico poſſe vt ſuſpectum recuſari per ea quę dixi in.vii.limitatione. ¶ Caſus tamẽ reperiũtur in quibus iudex eſt qui fuerit iniuriatus videlicet,vbi obtentu dignitatis contra ipſum delictum cõmiſſum eſſet. ¶ Itẽ vbi iudex eſſet qui nõ haberet ſuperiorem puta princeps.l. proxime.ff.de his.quæ in teſt.delẽtur. l.& hoc Tiberius.ff.de hęred.inſtit.

41 REdeundo quia longe digreſſi:diximus dummó ſit legitimę prǽſcripta quod ſecundo principaliter intelligas hoc eſt mediãte ſcientia veriſimili ſaltim & patiẽtia eius contra quem præſcriberetur. ſi talis erat qui iuriſditionem ipſam expreſſe concedere vel transferre potuiſſet in præſcribentem. Barto.in ſuo cõſil.incipien.vtrum iuriſditio.& in conſil.clxxiiii.incipiẽ.& vertitur Bald.in l.ii.C.de ſerui. & aqua.per.l.ſiquis diuturno.ff. quemadmo.ſeruit.vend.cum ſimil. ¶ Quinimmo omniũ quorũ auctoritas requiritur in quaſi poſſeſſione

tradendi & inueſtitura facienda.l.pupillum.ff. de acquiren. poſſeſſio. nam vnius ignorantia omnibus prodeſt.l. ſi cõmunem.ff.queadmo. ſeruit. amit. niſi eſſent iura ſeparata Bald. vbi ſup. ℂ Patientiam intelligas ſi proihibere poterit nec prohibuerit. ſecus vbi nõ potuiſſet veriſimiliter Barto.& Imol: in.l.i.§.deniq; in fine.ff.de aqua plu. arcen. ☞ Et de patientia vide Socin.in conſi.clxxxvii.in.ix.colum. verſicul. quinto & vltimo.nam per ipſam probatur allegatus titulus Alex.in conſi. lxix.in.v.volum.poſt doct.in.l.ſi certis annis.C.de pactis. ℂ Tertio principaliter dummodo tẽpus pręſcriptiõis fuerit elapſum.videlicet annorum.x. inter pręſentes viginti inter abſentes. quando præſcriberetur iuriſditio quã alius haberet. nam & territorium ita pręſcribitur.l.fin.C.de pręſcrip longi temp.ergo & iuriſditio quæ territorio cohæret.l.pupillus.§. territoriũ. ff.de verb.ſignifi.c.ſi.in fine.de conſti. de lib.vi.l.fin.C.vbi & apud quos.cõſequentiam voluit Bal.in.d.l.fi.C.de præſcrip.longi tempo. & in.l.if.C.de. ſeruit.& aqua. ☞ Sed ſi pręſcribere vellet iuriſditionem quã alius non haberet puta vellet in liberas gentes in totum vel in partem nouũ Imperiũ creare cum exercitio iuriſditionis tunc lõgiſſimum tempus requireretur cũ iſto caſu ſtatum de libertate in ſeruitutem ſubditi mutent ergo &c.l.litibus.&.l. cum ſatis.C. de agric.& cenſi.lib.xi.& vtrobiq; notatur.& per glo.in.l.cũ de in rem verſo.ff.de vſur. ☞ Non ſic in caſu ſuperiori quãuis quãdoq; potius vnum dominũ q̃ alterum habere iter ſit.quæ verificantur in feudalibus bal. excepto caſu poſito in.c.i.§.ſi quis p xxx.ſi de feudo fuer. controuer. inter dominum & agn.vt Marian.in.c.cum contingat de foro competen.col.iiii. ℂ Quarto principaliter dummodo titulus extaret ET BONA FIDES. d.l.fin.nam.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruit.vend.dicens non requiri titulum in ſeruitutibus perſonalibus non procedit. ℂ Sed Marian.vbi ſupra.verſi. circa quintum conatur tenere non requiri titulum quo ad pręſcribendam iuriſditionẽ quia quo ad ſubditos eſt potius conſuetudo q̃ pręſcriptio ſit, ſed in præſcribenda conſuetudine vtriuſq; partis conſenſus pro titulo habetur licet innominato ergo &c.adducit.l.cũ de in rem verſo.ff.de vſur. & tex.in.d.l.litibus.&.d.l.cũ ſatis vbi Andr.de Barrulo. ☞ Cõſidero tamen ꝙ reſpectu pręſcribẽtis ſi vnus, vel plures loco vnius eſſent non conſuetudo ſed pręſcriptio vt in principio diximus eſſet qua de re oporteret ip̃m oſtẽdere titulum,vbi tamen ſubditi allegarent pręſcriptionem abſq; tituli oſtẽſione tuti eſſent.hoc dicitur de regulari ſecundum differentiam ſupra datam inter conſuetudinem & pręſcriptionem. ℂ In hoc aduertendũ eſt ꝙ quandoq; tempus pro titulo allegatur, & tunc annorum decem.vel viginti tempus non ſufficeret,ſed id requireretur cuius in contrarium memoria nõ extaret. ☞ Quandoq; allegaretur conceſſio tui patientis a,quo tollitur iuriſditio,vel alter titulus tunc per longum tempus probaretur.x.vel.xx. Bal.in ſua diſput.incip.Apuleus vbi ſubtiliter Salyc. ☞ Nec obſt.ꝙ iuriſditio cauſam diſcontinuam habere videatur.l. hoc iur.§.ductus aquę.ff.de aqua quotid.& ęſtiua.per quod videtur,vt i omni caſu requiratur tempus cuius in cõtrarium memoria non exiſtat,quia reſpondet optime Bal.ibidem declarando quomodo actus cõtinuus dicatur, & reſpondet ad.c.ad decimas,de reſti. ſpoliat.in.vi.non referã quia tractatus ordinem excederemus, vnde p eũ cõcludamus cum ſpatio.x.annorum inter præſentes.&.xx.inter abſentes, vt ſupra q̃uis merum Imperium eſſet in iuriſditione comprehenſum.Iohã. an.& Archid.in.c.cum epiſcopo. de

officio ordin.lib.vi. Rota in deciſio. xxxix. lapus in allegat. xcii. per.§. nullam in auct.de defen.ciuit.& per.l. viros.C.de diuer.offi.lib.xii. Calde.& modern.in.c.cum non liceat.de pręſcrip.Maria.in.d.c.cum contingat in verſi.quo ad ſecundū quāuis conſuetudo cuilibet iuri obuiaret.c.fi.de cōſuetud.per quē patet,hoc etiā procedere.de iure canon. ❡ Hæc niſi in caſu.d.l. litibus.&.l.cum ſatis. ¶ Et niſi in caſu.d.c.i.ſi de feud.fuer.controu. ¶ Et niſi quis iuriſditionē in reſeruatis principi præſcribere vellet in ſignū priuilegii ſpecialis.nam tunc tēpus cuius in contrarium memoria non extaret requireretur Bar.& Imol.in.d.l.i.ff. de aqua plu.arcen.doct.in.l.fi.de conſue.ex tā lōn.tēporis curſu priuilegium præſumetur: Butrius & Abb.in.c. peruenit. de cenſu.in.vi. Bart.in.l. cum de in rē verſo.ff.de vſur. Alex.in conſi.lx.in.i. volum.& in conſ.cxxxix. in.vi.volu. refertur in addit.ad Ioā.monach.in. c.generali.de elect.lib. vi. ¶ Exemplū erit in.c.ꝙ tranſlationē. de offic.lega. ¶ Aduerte ꝙ imperio vacante præſcriptio nō currit. Bar.in.l.i.in.§. deniꝗ ff.de aqua plu.arcen. Ancha.in conſi. xiii. Alex.in.l.iiii.infra titu.ii. probatur in.c.ſuper quibuſdam.de verbo.ſignifi.per quod dicunt poteſtatem legitimandi & creandi tabelliones poſſe præſcribi. ¶ Secus in his quæ Principi competunt in ſignū ſuprēme poteſtatis nam nullo tēpore talia pręſcribuntur. Inno.in.c.cum venerabilis. de relig. dom.doct. in.l.neminē.C.de ſacroſanct.eccleſi.Oldr.in conſi.cliiii. et.cxlii.ad ꝙ.l.competit.C.de pręſcr. xxx.annorū,vbi non præſcribitur aduerſus tributum ne videatur exemptus a ſupræma poteſtate itaꝗ Accephalus ad ꝙ barto.in.l.hoſtes.ff. de captiui. ¶ Et tanto fortius procedit in Papa.c. ſolitę.de maio.& obediē.ad ꝙ eſt text. in.c.bonę el.ii.de poſtu. prælat. & in c.cum non liceat.de præſcrip. ❡ Itē

redeundo & niſi ius requireret conſuetudinem antiquam ſecundū.do.Anto. ſed repræhenditur per Abb. & Maria. quia in.l.de quibus ponitur inueterata tamen eſt decēnalis.& inueterata nō differt ab antiquata cum ſinonima ſint l.minime.ff.de legibus. ¶ Dubito tamen de reprēhenſione hac cum verbū antiquata oſtendat anterius tempus q̄ verbum inueterata. ❡ Item &.v.niſi detraheretur iuri alicuius eccleſię tunc enim ſicut contra eccleſiam non præſcribitur etiam cum titu. niſi ſpacio xl.annorum ita neꝗ iuriſditio conſuetudine quæri poſſet.Innocē.in.c.cum dilectus.de conſuet. ¶ Nec differentiā eſſe puto inter vniuerſalē eccleſiam & particularem nam ſi vnū membrū eſt fauorabile fortius totum corpus Marian.in.d.c.colum.iiii. ¶ De tempore pręſcriptionis vide Socin. in conſil. clxxxvii.in.ix col. ❡ Si vero nō eſſemus in præſcriptione ſed in conſuetudine vtſupra tunc iuriſditio quæritur ſpacio decem annorū, vel abſens ſit is cuius interſit vel non abſens.nam ſemper populus eſt præſens & eſt idem q̄uis priuati abſint,ſic Marian. ¶ Aduerto ꝙ hæc ratio parum concludit, vbi per conſuetudinem ius priuati acquireretur vt ſuperius exēplauimus in fodendo lapides ex fundo priuati vnde tunc dicerem vt abſentia conſyderari deberet.vt ſic non minori q̄ ſpacio viginti annorum acquireretur. Nō ob. d.l.venditor.§.ſi conſtat.ff. cōmunia prædiorum quia præſupponit priuatum eſſe præſentē vt colligitur ibi. dato precio &c. ❡ Redeundo nec vim Marianus facit an conſuetudo continuam cauſam habeat vel diſcontinuā cum ad quęrendam iuriſditionē p puram conſuetudinem diſtinctio talis nō requiratur. ❡ Item voluntaria iuriſditio quæritur longiſſimo tēpore.l.fin. C.de emancip.liber. Bal.in.l.i.eodem tit.quę cauſam diſcontinuā habet nec territorio cohæret.l.ii.ff.de offi. pro

conſul. Nam conſuetudo inducitur per duos vel tres actus cum curſu decē nali ſi ad veriſimilem notitiam intereſſe habentis perueniſſet, habetur. in. d. l. de quibus. Neq; vis facienda eſt cōtra ius conſuetudo ſit: ſiue non cōtra ius, quicquid Bar. in. d. l. de quibus. ff. de legibus. nam decēnio inducitur cōſuetudo. vt in rub. C. quæ ſit longa cōſuet. & in. d. l. fin. videtur text. in. c. fin. de conſuetud. ¶ Et hæc vbi ad eſſe cōſuetudinis prescriptio non admiſceretur prout eſt præſcriptio, vt quia non requireretur cum de iure priuati non ageretur vtſupra dictum eſt. ¶ Quę de conſuetudine ſimiliter non procedunt in caſibus ab anteriori cōcluſione, videlicet præſcriptionis exceptuatis. Item neq; procedunt vbi de iure ciuili maius tempus q̄ decēnium requireretur ad inducendam, conſuetudinē illud. n. tunc non attenderetur. ſic Marianus. & hoc modo diſtinxi & in prædictis conſyderaui. vide Felyn. in. c. ex parte. de reſcrip. & Corneum. in conſil. ccviii. in hac &c. ¶ Quia diximus

42 cōſuetudine vel præſcriptione forum in genere prorogari declarandum eſt. Quomodo intelligatur ſic declaratum remanebit per quos actus talis prorogatio fiat. ¶ Dicunt primo in genere HOC EST RESPECTV PERSONARVM vt ſic iuriſditione per conſuetudinem quæſita, perſonæ omnes illius territorii ſubiaceant foro illius qui iuriſditionem acquiſiuiſſet. Sed impoſſibile videtur. nam vno tēpore non omnes litigarūt. Itaq; nō eſt vſus iuriſditione reſpectu omnium: ſed quidam litigarunt nō per hoc ad alios eſt inferendum. argu. c. q̄uis. de re iudica. maxime quia ſumus in odioſis. argu. c. auditis in fin. &. c. cum olim in fin. de prēſcrip. Per hoc variæ ſunt opiniones quas omnes Marianus refert in c. cum contingat. de foro competen. in verſi. ſecundo quęro. ¶ Finaliter concludit ſibi ipſi contrarius ibi circa ſecundum &c. dum in principio dicit non extendi. ſed tantum præſcriptum intelligatur quātum probatur: & poſt medium vult extendi ad perſonas contiguas ſeu connexas: retento ſemp themate q̄ alter iudex primo iuriſditionem poſſediſſet. ¶ Concluſiue pro veritate diſtinguamus & cōcordemus q̄. ¶ Aut quis actum iuriſditionis VNIVERSALITER EXERCET videlicet circa omnes puta faciendo præconizari per loca ſolita. vt omnes homines illius ciuitatis ſeu prouinciæ faciant tale quid. vt declarant Innocen. & Ioan. an. in. d. c. dilectus. ſeu negocium quod omnes tangit quotiens occurrit, puta inquirendo contra populum q̄ cōmunicato concilio violēter incendium &c. & tunc iuriſditio quæritur in genere quo ad omnes qui tūc & poſtea ſub iuriſditione comprēhendētur etiam q̄ particulariter ageretur & vbi negocium tangeret vnum vel duos &c. non omnes: hęc eſt opin. Petri in. l. i. C. quę ſit longa conſuetudi. quā ſequitur Cynus. in. l. i. C. de eman. liber. quicquid dixerint Innoc. Ioan. and. & canon. in. c. cum dilectus. de capel. monach. dicentes aliud eſſe iusvniuerſitatis aliud ius ſingularium. Quā opin. Petri & Cyn. intelligas dummodo interueniant requiſita videlicet animus præſcribentis etiam quo ad perſonas particulares qui in dubio præſumetur, cum ſub vniuerſo particularia comprætendantur. argu. tex. in. l. peculium & in. l. grege. de leg. ii. Item q̄ prēſcribens intelligat vti iure ſuo vt dixi & patientia eius, contra quem prēſcriberetur, vtſupra diximus. ¶ In hoc tamen aduertendum puto q̄ ſi aduerſarius contra quē exercetur iuriſditio vniuerſalis, quaſi poſſideret cauſas particularium. videlicet exerceret iuriſditionem inter particulares perſonas quotiens caſus occurrerent. tunc tenerem cum canoniſtis. nam pati nō diceretur quo ad cauſas particulares.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sed tantum vniuerſales vtputo & ſuffi‑cit vt aduerſarius ipſe vtatur aliquo capitulo ipſiusiuriſditionis dicit Marianus cum per vnũ capitulũ ipſius in omnibus aliis quaſi poſſeſſionẽ retinere videatur. ¶ Niſi eam amittat per violentiam, vel quia reuertens vel volens vti nõ admittatur, vel quia ſuſpicat̃ ſe poſſe repelli argu. l. clam poſſidere. in. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. i. §. deiectus & ſequen. ff. de vi, & vi armat. cum ſimil. ¶ Quinimmo ſi nullo modo eſſet, vſus eo, quia caſus non occurriſſet inter perſonas particulares tunc nõ diceretur amiſiſſe poſſeſſionẽ in ſingularibus quę ſolo animo retinetur. l. clam poſſidere. in. §. fina. ff. eod. cum ſimil. l. licet. C. eodem & in dubio deſerta non præſumetur. Innocen. in. c. tua. de decimis quem ſequitur idem. per illum tex. ¶ Sic limito & concludo opinionẽ Petri & Cy. verificari vbi caſus particularis occurriſſet nec is contra quẽ poſſideretur in eo iuriſditione vſus eſſet: quãuis neq; poſſeſſor iuriſditionis vniuerſalis iuriſditiõe in eodem particulari vſus eſſet. nam per vniuerſalem acquiſiuit iuriſditionem etiam quo ad particulares, vt, Petrus & Cynus argumen. notatorum in. l. mandati. C. mandati. neq; curo an conſuetudo fuerit contra legem vel ſecundum ſeu præter legem: de qua infra. ¶ Quã ſecũdo limita ne procedat ſi conſuetudo per errorem ſeu præſcriptio introducta fuiſſet. tunc. n. nõ egredietur vniuerſalem iuriſditionẽ ita dominus Riccardus de ſenis compilator decretalium quem refert Marianus in d. verſicu. ſecundo quæro. ¶ Aut & ſecundo principaliter quis non exercet actum iuriſditionis VNIVERSALITER SED PARTICVLARITER puta quia iudicat contra certam perſonam. & tunc an per conſuetudinem vel per prẹſcriptionem acquirat iuriſditionem quo ad alias perſonas illius territorii maior eſt dubitatio de quo Abb. in. c. cumana. in. vii. not. de elect. in quo dicit Petrus ſimpliciter ꝙ non ſimiliter Bald. in. d. quæſtion. ſed Innocen. & Ioan. and. vbi ſupra ſimiliter ꝙ nõ niſi perſonę eſſent contigue. argumen. l. poſſideri poſt princip. ff. de acquiren. poſſeſſi. ¶ Quaſi contiguas dicunt quando alius eſt in quaſi poſſeſſione iuriſditionis totius populi tunc poſſidendo contra ipſum quo ad vnã perſonã acquirit quo ad alias quæ cõmuniter ſub vnius iuriſditione ſunt.

¶ Affirmarem cum diſtinctione Riccardi videlicet ſi conſuetudo ex certa ſcientia, & non per errorem ſit introducta & ſecundũ legẽ vel rationem, aut prẹter. argum. l. primę. C. quæ ſit longa conſuetudo ſed ſi contra legem vel rationem. tunc quo ad alias perſonas iuriſditio in ſimilibus cauſis nõ ſit acquiſita q̃uis contigue ſint ſed bene in eiſdem cauſis ſiue caſibus ſic intelligebant. tex. in. l. ꝙ non ratione. ff. de legibus. ¶ Marianus ꝙ immo nec in eiſdẽ caſibus niſi caſus tales eſſent in quibus lex ſcripta & correctoria ad alias perſonas extenderetur, vel ratione connexitatis vel ratione correlatiuorum vel alia: de quibus in. l. ſi vero. in. §. de viro. ff. ſolu. matrimo. & per dominũ Antoniũ. in. c. fi. de conſuetudo. ¶ Tenerem cum Mariano ꝙ nec in eiſdem caſibus. &c. hoc modo gloſ. declarauit. in d. l. ꝙ non ratione. ibi vel dic aliter: & hoc firmarem in caſu præſcriptionis: ¶ Niſi connexitas &c. prout ipſe dicit in verſic. Circa ſecundum. poſt mediũ ibi ſi vero prẹdicta &c. ¶ Et hoc firmarem indiſtincte non habita conſyderatione contiguitatis de qua ſupra. cum ſimus in odioſis itaq; reſtringendis. argumen. d. c. auditis in fi. & c. cum olim in fine de prẹſcrip. vide Soci. in conſi. cxi. in. ii. colum. ¶ Sed in caſu conſuetudinis videlicet vbi per eam præſcribens acquireret id quod ſtatuendo acquirere potuiſſet, non cum ipſo in verſic. primo caſu ſed cum domi. Ric‑

cardo tenerem & ſaluarem primam lecturam glo. in. d. l. ꝙ non rõne. ¶ Sic intelligo hanc materiam quicquid quidam aliter & intricatiſſime dixerint.

43 ¶ Scdo pricipaľr dicemus prorogari forum in genere RESPECTV SPECIERVM IVRISDITIONIS hoc eſt vt in foro illius qui cõſuetudine vel præſcriptione iuriſditionem acquiſiuiſſet cauſæ omnium ſpecierum iuriſditionis videlicet, meri imperii mixti, & ſimplicis iuriſditiõis cognoſcendę ſint atq; determinandæ. ☞ Quod non habet dubium quando in omni ſpecie iuriſditionis. Is cognouiſſet canoniſtæ omnes in. d. c. dilectus. de capella. monach. vbi Innocen. Hoſtien. & Ioan. and. Specul. in titu. de iuriſditio. omn. iudi. in. §. i. ad finem: in verſi. illud etiã not. ¶ Dubium conſiſtit an quia cognouerit in vna tãtum ſpecie puta meri imperii in qua tantum conſuetudine vel præſcriptione fuerit vſus id acquiſiuerit vt cauſæ aliarum ſpecierum coram eodem ſeu foro eiuſdem ſint terminandę. ¶ Ipſi doct. & cõmuniter nõ faciendo differentiam ſpecierum diſtinguunt an fuerit vſus vna ſpecie ſeu aliquibus capitulis eiuſdem animo quærendi vniuerſalem iuriſditionẽ vel nõ illo animo. ¶ Primo caſu totaliter quęſita eſt. ¶ Secũdo vero nequaquã. ☞ Sed Abbas, & Vincẽ. in. d. c. dilectus, ꝙ immo nullo modo aliarũ ſpecierũ quæſita ſit. nec animus iuuet iſto caſu, iuuet tamen vbi quis in aliquo capitulo vnius ſpeciei cõſuetudine vſus eſſet vel præſcriptione animo acquirendi iuriſditionem in cęteris capitulis ſeu indiuiduis illius ſpeciei. ☞ Vnde ſi quis exercuerit vnum gradum meri imperii, puta fuſtigationem quęſiuiſſe videtur quaſi poſſeſſionem decapitandi vel aliter ad mortem cõdẽnandi ſequitur Henricus in. d. c. propter maiorem cõformitatem q̃ ſit illa diuerſarum ſpecierum. & in habentibus ſymbolũ &c. §. i. & §. prætęrea. inſt. quibus modo tollen. oblig. l. ſi per acceptilationem ff. de accept. ☞ Vide Alex. in. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Saly. in. l. i. C. de eman. lib. & ꝙ non extẽdat ad diuerſam ſpeciẽ ſequitur Marianus maxime ob reſtringendas odioſas præſcriptiones & conſuetudines. ☞ Et procedit de plano vbi ille contra quẽ pręſcribitur poſſideret vniuerſalem iuriſditionem, vel aliquam aliam ſpeciem eiuſdem. ☞ Quinimmo ſi quaſi poſſideret vnum tantum articulum eiuſdem ſpeciei cuius pręſcriptione quis alterum acquiſiuiſſet, per illius articuli poſſeſſionem retineret in omnibus aliis & impediret pręſcriptionem. excepto articulo vere quaſi poſſeſſo atq; præſcripto. eſt tex. not. in. c. cum olim. de præſcri. bar. in. l. hoſtes. de cap. nu. ii. vbi alex. ¶ Succedit igitur concluſio vt acquiſiuerit integrã ſpẽm ſi alter nõ poſſideret inno. & Ioan. in. d. c. dilectus. ☞ Et ſic Marianus in. d. c. cũ contingat verſic. ſexto quæro. intelligit Bartolum in. l. i. in. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itinere, actuq; priuat. ¶ Sed mihi videtur ꝙ quando alter nõ poſſideret pręſcribendo quis vnam ſpeciem ſeu capitulum ipſius animo cęteras acquirendi imo ſpecies omnes acquiſiuiſſe videatur. ¶ Quod in iudicando firmarem ſi maiori ſpecie vſus eſſet puta imperio mero. & caſus alterius ſpeciei nõ contigiſſet, nam. iſto caſu Maior ratio viget q̃ illa ſimboli, quia magis dignum trahit ad ſe minus arg. l. cum in diuerſis. ff. de relig. & ſump. fun. & iuriſditio q̃uis in genere ſumatur tamẽ intellectualiter vnum corpus eſt. ſic ſaluarem cõmunem opinionem. ☞ Nec ob. ꝙ ſimus in odioſiſ. quia dico ꝙ ex quo vſus eſt vna ſpecie tanq̃ integrali parte tota iuriſditiõe vſum fuiſſe dicẽdum eſt allego tex. in. l. poſſideri, ibi ſed ſufficit quamlibet partem &c. ff. de acquiren. poſſ. vbi gloſ. in verbo quãlibet, quã vide. ibi alius ſi in poſſeſſione partis &c. ☞ Nec ob. ſi arguetur de

l.cum pręto r.ff.de iud.de expreſſo ad
tacitum quia dico ibi animum defice-
re cęteros vetandi. ¶ Et limita com-
munem, vbi caſus in facto contigiſ-
ſet & non exercuiſſet nam per exerci-
tium quis maioris ſpeciei, minorē nō
acquiſiuiſſet cum non exercendo.pro
palauerit animū,non eſſe alias ſpecies
acquirendi, animus.n.ex coniecturis
propalatur.l.dolū.C.de dolo cum ſi-
mil. ¶ Et hoc modo reſpōdeo ad tex.
in.c.ſollicitudinē de appel.d m vult
vt volūtas quæ colligitur ex facto ea-
tenus colligatur quatenus ex facto in
ſurgere poteſt, vt etiam. videtur dicere
Decius in.c.gratum.in.iiii.not.de of-
ficio delegat. ¶ Quæ (cū procedant
in pręſcriptione) fortius in quęſitis p
conſuetudinem procedere dicendū eſt
cum nō ita eſſemus in odioſis. ¶ Sed
ſi exercuiſſet articulū minoris ſpeciei
tunc bene tenerem contra cōmunem
canoniſtarum videlicet,ne maior ſpe-
cies ob id acquireretur, per allegata p
Petrū & Cyn.videlicet.l.ſi ſtillicidiū.
§.fin.ff.quemadmo.ſeru.āmitt. &.l.ſi.
prius in.princ.ff.de aqua pluu.arcēd.
44 ¶ Tertio principaliter dicemus pro-
rogari forū RESPECTV RERVM
in genere mediante pręſcriptione vel
cōſuetudine, vt in ſuperioribus & tūc
diſtinguendum eſt ꝙ. ¶ Aut quis exer
cuit iuriſditionem minorem puta a,
trecentis infra non ſimpliciter,& abſo
lute ſed vt iuriſditionem illius officia-
lis qui vltra trecentos cognoſcere nō
poterat & eā pręſcripſerit, tūc per ta
lem pręſcriptionem nōn acquiſiuerit
cognitionem vltra.ccc.etiam ꝙ aīum
acquirēdi habuerit. ¶ Itaꝗ vltra &c.
forus pręſcriptione vel conſuetudine
non eſt prorogatus ſic Marianus.in.
d.c.cū contingit.de foro compet.in.
verſic.tertio principaliter quero,ma
xime per regulam.l.cum qui.§.qui in
iuriarum.ff.ſi quis caut.&.l.qui in al-
terius.de reg.iur.in.vi.l.nam ſi acce-
deret partium conſenſus eſſet aliud ge
nus prorogationis ꝙ de quo loqua-
mur, videlicet illud de quo in.l.i.ff.de
iudicis.& diximus in prorogatione,
de quantitate ad quātitatem, vel de re
ad rem in.materia ſua & per doct.ha-
betur in.c.ſignificaſti,de foro compe.
¶ Si vero non exercuerit iuriſditio-
nem vt illius officialis ſed ſimpliciter
animo tamē acquirendi, & vltra ccc.
forus in genere dicitur prorogatus,
vt adeatur pro qualibet ſumma ſic is
idē. ¶ Tu vero intellige ſecundū meā
declarationem datam in.i.quęſtione,
& melius in ſupra proxima ſecunda.
45 ¶ Quarto principaliter præſcriptio
ne, vel conſuetudine prorogatur fo-
rus in genere RESPECTV CAVSA
RVM puta quis quæſierit conſuetu-
dine vel pręſcriptione.cauſas appel-
lationum, vel feudales, ſeu mercato-
rias aut emphitheoticas,quęſiuiſſe etiā
videtur alias,cęteras omnes. ¶ Quod
intelligendum eſt & limitandum ſecū-
dum ea quæ diximus in quęſtionæ.ii.
& dūmodo nōn pręſcripſerit, vel con
ſuetudine quęſierit, vt cauſas illius offi
cialis per ea quæ in proxima pręcedē
ti quęſtione diximus, in quo non ad-
46 uerterūt. ¶ Quinto principaliter in
genere RESPECTV TEMPORIS &
concluditur forum in genere pręſcri
ptionem non prorogari vnde ſi quis
pręſcripſerit poteſtatē cognoſcendi,
de cauſis concurrentibus infra menſe
Maii, vel in aliqua parte anni, nō per
hoc dicēdum eſt acquiſiuiſſe de occur-
rentibus extra tēpus illud, ſic Maria-
nus.in.d.c.verſic.i.quęro &c. arg l.
ſtatuliber in.§.ſtipulatus de legat.ii.
¶ Quod intellige ſecundum tertiam
quęſtionem pręcedentem.videlicet.ſi
pręſcripſiſſet, vt cauſas illius tempo-
ris non ſi ſimpliciter vt ibi. ¶ Et adeo
vera concluſio eſt ꝙ Bald.dixerit etiā
impeditum cognoſcere in illo tem-
pore cauſas eiuſdem temporis nō ad-
iuuari a iure cōmuni,motus ex.l.lega
tus.C.de.condit.inſert.quicquid vo-

fuerint quidã. ℂ Niſi partes ipſe prorogarent de quo non hic.ſed in prorogationibus ſpecialibus dicemus.

47 ℂ Sexto principaliter quæritur, an conſuetudine vel pręſcriptione forus in genere prorogetur QVO AD LOCA, vt ſi quis pręſcripſerit iuriſditionē & forū in vno loco cēſeatur acquiuiſſe in alio loco. ℂ Breuiter contra aliū q̄ cōtra illū cōtra quē pręſcripſerit in vno loco. non præſcribet, neq; acquiret & expeditum eſt arg.ff.& .C.res inter alios acta, & eſt regula alteri per alterum iniqua conditio &c. de regul.iur.in.vi. ℂ Sed contra illū cōtra quem pręſcriptum eſt ſimiliter, ſi is retinebat quaſi poſſeſſionē in alio loco, per ea quæ diximus in.ii.principali quęſtione. ℂ Si non retinebat ſimiliter vbi locus alter erat penitus ſeparatus, vnde ſi vnus epiſcopus habet epiſcopatus duos vnum in Frācia & aliud in Anglia, & pręſcribatur aliquid in loco vnius puta viſitatio, nō per hoc viſitatio alterius loci ſeu epiſcopatus acquiſita erit.cum ex diuerſis non fiat illatio.iur.vulg.eſt tex.in.c.cum olim de pręſcript.& hoc vult Bal.in ſua diſput.incip.Apuleus dum dicit de loco finitimo. ℂ Idem ſi non erat penitus ſeparatus quando iura, & qualitates ipſorum locorum diuerſæ vel diſſimiles eſſent. ℣ Vnde ſi præpoſitus pręſcripſerit viſitationem in eccleſiis ſecularibus non per hoc intelligetur pręſcripſiſſe in regularibus q̄uis eiuſdem Dioceſis & ciuitatis, vel in monaſteriis virorum non per hoc mulierum. ℂ Idem ſi alter locus eſſet contiguus vel eſſet idem locus iura tñ diſſimilia eſſent.d.c.cum olim.de pręſcriptionibus &.d.c.auditis. ℣ Vnde ſi Archidiaconus Senenſis pręſcripſerit viſitationem, in monaſteriis ciuitatis non per hoc acquiſiuit procurationem vel aliud ius.d.c.cum olim.Ioh.an.in.c.odia.de regul.iur.i.vi. ℂ Sed ſi loqueremur i ſimilibus qualitatibus & ſimilibus iuribus locorum, tunc per pſcriptionem vnius loci, acquiritur et alter locus.c.dilecto de officio Archidia.c.ſopita, de cēſibus innoc.in.d.c. dilectus, de capell.monach. ℣ Vnde ſi Archidiaconus dictus pręſcripſerit viſitationem aliquorum monaſteriorū mulierum quãuis pauciorum animo tamen in omnibus pręſcribendi, credens vti iure ſuo vt alias, diximus in verſi.quarto principaliter &c.ſciente ac patiente illo contra quem pręſcribitur acquiſiuit etiam in aliis mulierū quamuis non viſitauerit.c.dilecto de cenſ.&iur.ſupradictis. ℂ Et hęc omnia locum habent ſi in vno loco acquiſita ſit iuriſditio ſeu forus per conſuetudinem, ſecundum ius vel pręter ius nō cōtra ius introductam Marianus, vbi ſupra dū incipit circa.l.&c. ℣ Quę differt a, pręſcriptione, vt in principio huius materiæ dixi, excepto hoc vltimo caſu, quia dum dixi pauciorū non ſic in caſu conſuetudinis ſecundū Marianum in.d.c.cum contingat.in verſic.tertio principaliter, cum ſequentibus. ℣ Nam tunc requiritur q̃ in omnibus locis vel quaſi omnibus vel eccleſiis circumuicinis ſeu maiori parte, eadem conſuetudine ſit vſus ad hoc vt acquirat in paucioribus.d.c.ſopite.de cenſibus.& ibi innoc.per eūdem & per Hoſtiē.in.c.dilectus.de capell. monach.in gloſ.quæ incipit, ſi enim & maior pars requiritur in duplū dicit Hoſtiēs in.c.ex parte, de cenſ.arg. c.licet.&.c.ſcriptum, de elect.quem ſequūtur Henricus Bobie.in.d.c.ſopite & Marianus, vbi ſupra. ℂ Sed ſi nō ſit vſus maiori parte non acquiret in aliis.arg.l.venditor.§.ſi conſtat.cum iur.ibi allegatis.ff.cōmunia prediorū. ℣ Differentiæ ratio eſt quia conſuetudine acquiritur tantum auctoritate iuris communis, ſed pręſcriptione, acquiritur etiam tacito conſenſu, qui reſultat ex patientia eius de cuius præiudicio tractatur ſic innoc.in.d.c.ſo

pite. ¶ Et hanc rationem addo. dũ nõ curatur an præſcriptio fiat cõtra ius ſicut curatur de conſuetudine, vt modo in hoc articulo dixi. ¶ Quæ omnia limita ne procedant vbi iuriſditionem acquiſiuiſſet in certo loco tãꝗ certi officialis, per ea quæ habuimus, in queſt. iii. ¶ Et in hac queſt. fui tantũmõ recitator Mariani ꝗuis vt breuior eſſem ñ fecerim duo capita, vt fecit.

¶ Vlterius in prędictis aduertendum eſt ꝙ ꝗuis conſuetudine, vel ꝓſcriptiõe in genere forus quęſita iuriſditiõe fuerit prorogatus tñ, qui acquiſiuit aut id egit vt officialis, ET FORVM NON TRANSMITTIT AD HÆREDES ſed ad ſucceſſores in officio arg. l. mortuo, & l. proponebatur. ff. de iudic.

¶ Aut tanꝗ Dñs puta quia ſimul præſcripſerit territorium tũc ad hęredes quia iuriſditio quæſita potius dicitur. 48
realis ꝗ perſonalis, nam territorio cohæret. d. l. pupillis. §. territorium. de verb. ſign. faciũt quæ traduntur in. c. quoniam Abbas, de officio delegat.

¶ Et prædictis addendum eſt ꝙ vbi inferior pręſcriberet iuriſditionem ſuperioris puta pręlatus iuriſditionem epiſcopi, tũc epiſcopus NON TOTALITER EAM AMITTIT, SED HABITV SALTIM RETINET. ¶ Effectus eſt quia data negligentia inferioris ſuperior iuriſditionem reaſſumit. c. irrefragabili. §. exceſſus. de officio ordin. faciunt. doct. in. c. ex tranſmiſſa &. c. licet de iudi. vide Abbatẽ in. d. §. exceſſus, & Decium in. c. cæterum, de iudi. ¶ Item quia vacante pręlatura inferioris ſuperior exercebit, vt in his iuribus. ¶ Item quia ab inferiore appellatur ad ſuperiorem. c. Romana. in. §. i. de appell. in. vi. ſic Archid. & Iohan. an. in. c. cum epiſcopus. de officio ordi. lib. vi. quos Marianus ſequitur vbi ſupra. in verſ. ſed quęro vtrũ &c. poſt Dñm ſuum. ¶ Qui tñ opponit ꝙ imo ſuperior retineat & actualiter ex ratione quia conſuetudo & priuilegium eq parantur. ¶ Vnde ſicut Papa per priuilegiũ facit quandoqꝫ, vt duo ſint epiſcopi in vna dioceſi. doct. in. c. quoniam de officio ordin. Ita per cõſuetudinem fiat vt iuriſditio duobus competat inſolidum, data ſcientia & patiẽtia ſuperioris. ¶ Cui tamen reſponderem, ꝙ non ſequitur põt Papa, & qñqꝫ facit ergo conſuetudo; cum patientia ſuperioris, nam nec ipſe ſuperior expreſſe id facere poſſet, ſi eſt inferior a, Papa, & ſi eſt ipſe Papa, vel Imperator neqꝫ a, ſe poſſet abdicare iuriſditionem in habitu. arg. c. cuncta per mundũ. ix. diſti. q. vii. ¶ (Niſi totaliter Imperio renunciarent) nam alter fieret accephalus, itaqꝫ Imperio præiudicaretur & eccleſia ſcandalizaretur, quia fieret iniuria ipſi deo vt dicit Abbas. in. c. p. g. de officio delegati.

PROROGATVR etiam iuris diſpoſitiõe forus ĩ genere, propter COMMVNEM PATRIAM; nã ex oĩ cauſa ciuili vel criminali qs Romæ, quę cõis eſt patria, vt in. l. Romę ff. ad municip. cõueniri põt. l. ii. in. §. legatis. ff. de iudi. ¶ Et intellige Romã; vbicunqꝫ Papa vel Imperator eſſet, ita Bal. & Ang. ibidem ſubdentes ꝙ etiam pro repreſaliis ibidem capi poſſent.

¶ Quæ procedunt niſi ibi reperirentur ex cauſa neceſſaria, vel probabili tunc. n. quamuis ibi conuenirentur, tamen ius haberent reuocandi domũ videlicet facultatem a, lege cõceſſam declinandi cognitionem iudicis competentis atqꝫ cauſam ad propriam patriã cautione data reducendi, ſic dabo deſcriptionem quicquid Marianus in. c. fin. de foro competen. ſatis plura ponat, nam quamuis vera ſint concernũt materiam potius ꝗ breuem deſcriptionem, vnde cõuenti excipere poſſent. d. §. legatis. ¶ Etiã ſi conuenirentur a perſona priuilegiata puta minore, ni

lite,eccleſia vel ſimili.vt in verſi.idem Claudio. ¶ Etiam ſi coueniretenter vigore compromiſſi facti vel faciendi, puta vbi ſtatutum extet vt inter coniunctas perſonas fiatcompromiſſum Bal. in.l.ſed & ſi reſtituatur.in.§.ex quibus ff.de iudic. ¶ Etiam ſi iudex procederet ex officio ſuo in caſibus in quibus potest de quibus Bar.in.l.ii.§.ſi publico ff.de adulter. Nam quod pōt opponi actori ſiue accuſatori, poteſt opponi iudici.c.qualiter & quādo.de accuſa. ¶ Etiam in caſibus in quibus lis nō cōteſtatur,vt in ſummariis in quibus primus actus contradictorius habet vim conteſtationis.l.ii.C.de conſor.eiuſdē lit. ¶ Et hæc procedunt etiam vbi quis ex neceſſaria vel probabili cauſa abeſſet,non Romę de quo ſupra,ſed alibi puta in loco contractus,nam ſi ibi cōueniretur rōne contractus,haberet ius reuocandi domum ſic Marian.in.d.c.fin.de foro cōpe.poſt Hoſtien. Dicēs quotidie poſſe afferre honorem ſic limitat.c.Romana.§. contrahentes. de foro competen.lib.vi.&.c. dilecti.extra eo. ſed aduerte quia hoc procedit in legato tātum, vt dicemus in prima fallentia. ¶ Proſequamur, intelligas domū hoc eſt ſolitam habitationem, hoc eſt domicilium,non domū tantū .l.libertus.§.ſola.ff.ad municip.& eſt gloſ.in.d.§.legatis.in verbo domū. quāuis quandoqȝ reuocatio non fiat ad domicilium,ſed circumducatur edictum,& alio tēpore citatus tenetur ibidem compatere, per exemplum in.c. fin.de dilat.nam iſta non eſt proprie. reuocatio domū,de qua loqmur nos, ſic Abbas in.d.c.fin.& Marian.allegāt optimū tex in.l.nō diſtinguemus.§. item ſiquis Romæ.ff.de arbitr.exemplum vbi durante litigio puta iuſta cā ſuperueniret nam tunc potius dicitur circūduci edictū Butrius, Abbas imol. in.d.c.fin. ¶ Quod ius habent nō tantum ſi Romæ couenirentur,ſed ſi alibi vbi haberent forum ratione origi. nis vel alia dūmodo non ratione contractus vt infra diſtinguam. ¶ Non tamen per hæc intelligas, quin durante legatione poſſint in domo,alias proprio domicilio conueniri, certe conueniuntur, vt per glo.in verbo exercere in.d.§.legatis probatur in.l.ad cognitionem.ff.ex quib.ca.in poſſ.eatur.& in.l.i.ff.eū qui.appell.in princ. & ſi non reſponderetur fieret miſſio in poſſ.ſiue nō eſſet qui eum defenderet, anteq̄ tamen miſſio fiat citandi ſunt cognati & amici,an eum defendere velint.vt in.l.ait pretor.& in.l.ſequen. ff.quib.ex ca.maior.& in.l.hoc autē. ff.quib.ex ca.in poſſ.eatur innocen.& doct.in.d.c.fin. ¶ Niſi reipublicæ cauſa abeſſent ſecundum eoſdem. per.l.i. &.ii.ff.eum qui appellat. ¶ Vnde ex his habes, ꝙ prelati Romam venientes ob neceſſariam vel probabilē cauſam vel quaſi neceſſariam ius habent reuocandi domū innocen.in.c.licet, de foro Competen.& Ang. in.d.§. legatis dūmodo conſtet.nam ſi eſt legatus per literas legationis oſtēdere debet alias non crederetur.l.i.C.d.mand.i prin. niſi eſſet Cardinalis Abbas.in conſil. xviii.lib.ii.ad quæ vide Bar.in.l.ii.ſ. §.ſed ſi dubitet.ff.de iud.vide rotā in antiquis deciſ.clxxxv.idē dicas de Regnicolis eūtibus Neapolim,nā reſpectu regni,cōis eſt patria. ¶ Et hæc niſi in exemptis,qui non recognoſcunt aliū ſuperiorem, q̄ Papam vel Imperatorem.nam non habent ius reuocandi domū quia illi conueniuntur Romæ vt in eorum ſpeciali foro, non generali,ita credo ꝙ voluerit & corruptus ſit Bal.in.d.§. legatis.quod limito ſi priuilegio non renunciarent, quod vtiqȝ poſſunt.l.ſiquis in conſcribēdo. C.de pac.nam res de facili reuertitur ad naturā ſuam.l.ſi vnus.§.pactus. ff. de pac.ſed Marian.in.c.fi.de foro cōpetens tenuit ꝙ imo.& exempti ius habeant reuocandi domū,non proprie ſed improprie ſaltim quia domum repetet

petet vt conſulat rebus ſuis & prouideat quomodo ſit Romę reſponſurus, per.c.fin.de dilat.cui reſpódeo ꝙ nõ deguſtauit rõnem Baldi dum dicit tan quã in eorum ſpeciali foro ex qua infero ꝙ non debent habere tempus vt prouideant &c.ad.c.fi.dico ꝙ non loquitur in exemptis. ¶ Exemplum iuris reuocandi domum ex cauſa neceſſaria eſt, vbi EX CAVSA LEGATIONIS Romam acceſſiſſent, vt ſunt iſti quos Ambaſiatores vocant dominorum & cõmunitatum, not.in.d.§.legatis.arg. not.in.§.rurſus.inſt.de actionibus vnde non capiuntur pro repræſaliis Oldra.in auct. habita.C.ne fil. pro patre.&c. Neque de conſuetudine, quia eorum officium eſt publice neceſſariũ, ꝗuis de conſuetudine abſentes ex alia cauſa pro reprę́ſaliis capiãtur, niſi ab eis receptum pedagium fuiſſet, nam receptio pedagii habet vim ſalui conducti.ſic Oldr.in auct.habita.C.ne fi.pro patre.receptum inꝗ ab eo qui ſaluum conductum facere potuiſſet, alias ſecus Argumen.l.præſes.C.de tranſact.&.l. primæ.C.de decr.ab ord.facieñ. ¶ Redeundo ad concluſionem, procedit ẽt ſi delegatio fuerit procurata, ſeu affectata per rationem glo.primę in.d.§.legatis.argum.l.illud.ff.ad.l. aquil.quæ ratio ponitur in.l.Paulus.ff. de legat. ¶ Et fortius procedit in legato miſſo, a Principe. ¶ Quinimmo cõclu.procedit etiã procuratore conſtituto, a ſupradictis hñtibus tamẽ facultatẽ impetrandi p̃fato procuratori puta qa ſubditus, ſeu vaſallus.docto.cõmuniter in c.fi.de foro compe.quãuis alias legatus habeat priuilegia maiora, vt ibidẽ Marian. ¶ Etiam ſi legatus vel procur. pro negociis ſuis a ſuperiore conſtitutus eſſet, quia ſuperioris intereſſet, vel publice, puta conſtitutus legatus pro eccleſia ſua, videlicet ipſius legati, eſt tex.in auct.de ſanctiſſ.epiſcopis.in.§.ſi vero, ſi tamen non ſit actor quia tunc ſecus eſſet Ioan.and.& doct.in.d.c.fin.

¶ Et procedit conclu.vbi quis a Papa vel a PRINCIPE VOCATVS FVISSET vt aliis reſponderet, nam iſte in aliis cauſis.Ius habebit reuocandi domum glo.& doct.in.d.c.fina.per l.ii.§.legatis.ff. de iudic. vbi gl.quam vide. ¶ Item procedit non tantum in loco cõmuni, vt non cõueniantur, ſed etiam vbi tranſitum facerent, vt per in d.§.legatis.& ibi Barto.hoc eſt ſi alibi deſtinati eſſent & tranſitum facerent p cõmunem patriam. ¶ Aliud exemplũ cauſę neceſſariæ eſt vbi Romam aduẽtaſſent AD APPELLANDVM, vel appellationem proſequendum. Quod intellige per Angel.in.d.§. legatis in caſu quo iudicẽ appellationis in proprio domicilio non habuiſſent. Tunc enim Romam itur ex neceſſitate, quam opinionem dicit eſſe tenendam. quicquid is idem dixerit in auct.& cõſequẽter.C.de ſentẽ.ex per.recit. Et ꝙ iſta diſtinctio debeat attendi.allego Ioã.an. & doct.in.d.c.fi.de foro compe., dicentes de reſtitutiõe in integ.ꝙ ſi Romã acceſſerint pro reſtitutione in integrum aduerſus ſñiam habeant ius reuocandi domũ, ſi iudex ſñiæ reſtõnem, vel aliud remedium concedere nõ potuiſſet, nã hęc diſtinctio facit pro me, licet de ęꝗtate, non autem de iuris rõne verũ ſit ꝙ Romam veniens pro reſtõne ius habeat reuocandi domum.vt per Maria. poſt alios.in.d.c.fi.Maxime per rõnẽ illam quia ſi legatus qñ agit (ſic impugnat) perdit quo ad omnes, fortius qñ reſtõnem petit, quia impugnat de iure ſpeciali. ¶ In quibus ẽt vnum quod dicunt doct.in.d.§.legatis non prætermittam, videlicet ꝙ cum appellans id facere dicatur ex neceſſitate ideo recõueniri non põt, ſic ꝙ in appellationis cauſa non ſit locus recõuentioni, qđ etiam tenuit Inno. in.c.i.de mut.pet. & in.l.p hanc de tẽp.appell.vii.q.ſiue ſit appellatũ ab interloquutoria ſiue a diffinitiua, per text.gñaliter loquẽtem in.d.§.legatis, quicquid dixerit Spec.

in tit. de reconuen. in. §. nūc dicamus, verſicu. ſed nunquid coram iudice. &c. cauſam hanc dixit Marianus. in. d. c. quaſi neceſſariam eſſe, nō vere neceſſariam. ¶ Aliud exemplum cauſę neceſſariæ eſt vbi quis Romam TESTIFICANDI CAVSA fuiſſet accerſitus. d. §. legatis in verſi. item is qui. ¶ Accerſitum intellige a loco extra diſtrictū ciuitatis, ſed ſi a caſtro ciuitati ſubiecto, pro repręſaliis capi poſſet, quod not. eſt pro ruſticis venientibus ad ciuitatem cā teſtificandi vel alia ſimilia, ſecundum Bar. in. d. l. ii. ff. de iudic. Hęc n. neceſſaria cā eſt. ſi ſit de conſuetudine, vt. l. iii. in fine. ff. de teſti. ¶ Vel dic, ſi ſimpl'r cōpellanť vt teſtimonium ferant, vel ſigna recognoſcant. ita doct. in. d. c. fin. l. in locum. §. exhibere. ff. de tab. exhiben. ſed hñt ius reuocandi domū ne diu a negociis auocentur. gl. in d. §. legatis. ¶ Vel IVDICANDI, verſi. vel ſiquis iudicandi &c. ¶ Item in eo qui Romam vocatur. GRATIA REDDENDÆ RATIONIS tutelæ, nam nō cogitur ibidem rñdere etiam pro alia tutela, vel ſimili cā. d. §. verſi. nam & diuus. ¶ Et hoc procedit in quacunq; cā reddēdæ rōnis ſeu adminiſtrationis, per. l. primam et ſecundā. C. vbi de crimi. agi oportet. ¶ Exemplū probabilis cauſę eſt vbi quis Romā iret, viſitatum FILIOS IN STVDIO COMMORANTES, probatur in. l. nec nō. ff. ex quib. cau. ma. quicqd Fely. in. d. c. fin. diuinans ad illum tex. ꝙ loquatur in ſtudiis propinquioribus: ſecundo impugnabat ꝙ exiſtens romę vt reſtitueretur, iuſta cauſa eſt tamen ſi in domicilio reſtitui potuiſſet nō habet ius reuocandi domum Reſponde tu particulari ratione quia via quam elegit ſibi patere debet. l. iii. §. eligere. de trib. VEL VISITANDI NECESSARIOS, aut coniunctas perſonas. Barto. Bald. Ang. & doct. in. d. §. legatis. quos vide & præcipue Barto. ¶ Item vbi quis Romam iret CAVSA PEREGRINATIONIS, argum. tex. in auct. omnes peregrini. C. cōmunia de ſucceſſ. ibi libere hoſpitentur &c. c. vnico de peregri. inde dicit Angel. in d. §. ꝙ ratione voti licitum pręlato recedere a prælatura, & præſidi, a pręſidatu, non pernoctare, vt eſt tex. in. l. illud. ff. de officio præſi. hodie tñ, pernoctare poſſet ex dicta cauſa. vt glo. in. d. l. nō intelligas in peregrinis, idest deportatis, de quibus in. l. i. C. de hęred. inſti. ſed qui peregrinantur cauſa religionis. ¶ Et generaliter concludendū eſt ſecundum doct. in. d. c. fin. ꝙ ex quacunq; cauſa probabili vel neceſſaria quis Romā venerit, reuocandi domū ius habeat, per tex. illius. c. ibi niſi pro alia iuſta &c. quinimmo Specu. ex illa generalitate dicit in titu. de reo. §. i. verſi. item legati ꝙ compræhendūtur oēs fere cauſæ quę cōtinentur. ff. & . C. ex quib. cau. maior. ¶ Quadere infero ꝙ ACCEDENS AD CONCILIVM habet ius reuocandi domum, ſi ibidem conueniretur, ſic ſimpliciter tenet Specu. de reo verſi. item legati, in quo dic per Inn. Hoſtieñ. Io. an. in. c. graue de præbeñ. hoc eſſe verū ſi concilium etiā generale conuocatū eſſet pro quibuſdam ſpecialibus negociis, nam ſi pro aliis quis conueniretur, videlicet pro quibus cōciliū ɔuocatū nō fuiſſet hēret ius reuocandi domum, non ſic vbi cōcilium etiam prouinciale, ſiue ſynodus congregata eſſet pro omnibus negociis, nam ſi in cauſa ciuili conueniretur, non haberet ius reuocandi domū, ſi in criminali, haberet. ita allegat doſto. in. d. c. fin. poſt aliqualem diſputationem. ¶ Modo concluſio fallit vbi abſentes Romæ IBI PER ANTEA CONTRAXISSENT tunc enim nō haberent ius reuocandi domum. l. ii. §. legatis iuncto. §. omnes. ff. de iudic. ¶ Similiter ſi alibi contraxiſſent, dummodo nō in prouincia domicilii ſui, vt in. d. l. §. item ſi extra prouinciam, & ibi Curtius. ¶ Et hæc dummodo nō

ſint legati nam hi tunc tantum illo iu re carent,cum contraxiſſent ibi in tpe legationis.vt in.d.l.§.oẽs, vel cõtraxiſſent alibi dũmodo i itinere legationis hoc eſt dum legatus factus ibat ad locũ legationis in tranſitu per italiã contraxit,ſic intellexit Marian.ſingulariter tex.in.l.cum furioſus.§.fi.ff.de iudic.in verbo italia quicquid ibi gl. dum impropriat. ¶ Ex quo ſingulari intellec.infero.(quod not.)cõtra Angel.& doct.in.l.hęres abſens in.§.i.ff. de iudi.dum volebant,ꝙ q̃uis legatus, tpe & loco legationis cõtraxerit, ſi tñ id fecerit vt viator,habeat ius reuocandi domũ & teneo glo.in verbo quotquot.in.d.§.ſed tñ quia nõ eſt recedẽdum ab intellectu cõmuni & expoſitione glo.in præallegato.§.&.l.cum furioſus(& maxime hic vbi ſumus in tractatu,nõ repetitione)quæ gl.exponit italia hoc eſt Roma & bene quia ſi recte intueare nõ eſt impropriatio, ideo aliter concludamus in illatione prędicta,videlicet ꝙ contrahens q̃uis ſit legatus ſi tamen ſit in itinere dicto,dum contrahit,& Romæ conueniatur, ius habet reuocandi domum,quia id fecit vt viator neque negare poſſumus,&ſic ſaluemus ang. ☞ Si vero non in itinere ſed in legationis loco contraxiſſet, non video quomodo tunc cõtraxiſſe dici poſſit vt viator.Nam aut eſt Roma tunc quia cõis eſt patria, nõ video quomodo poſſit haberi vt viator, aut eſt alius locus & tunc cum ibi ſit vt legatus nõ video quomodo ſimpliciter contrahendo,vt viator poſſit conſyderari,vel nõ viator,niſi exprimeret illud facere vt viator,quo caſu ſumus in claris. ¶Redeũdo modo ad legatum, vel fideiuſſiſſet non reſeruando ius reuocandi domum.d.l.cum furioſus.§. fi. ☞ Secus ſi contraxiſſet ante legationem.q̃uis in loco legationis,vel q̃uis contuliſſet ſolutionẽ in locum legationis,caſus eſt in.l.eum qui.§. iulianus. in ſcdo reſpõſo vbi Paul. & doct.ff. de conſti.pecu.quicquid ibi gl.ſuper verbo compelluntur, nam intelligitur,ſi ibi non inueniretur tanquam legatus, vel alter abſens,habens ius reuocandi domum. ☞ Dummodo nõ promiſiſſet ibi ſoluere,etiã ꝙ euaderet legatus.§. legatis in verſi.exceptis. Nam tunc ibi conueniretur.l. ſiquis in conſcribendo.C.de pactis. ¶Et no.in prædictis vnam differentiam inter contractũ verum & contractum fictum,quia ſi legatus per verum contractum in loco & tempore legationis perdit ius reuocãdi domum,non tñ per fictum hoc eſt per contractum alibi confectum cuius ſolutio in locum legatiõis collata eſt, nam intelligitur ſi ibi non reperiretur tanquã legatus. Pau.de caſt.in.d.§.Iulianus,& ſic limitant.l. contraxiſſe,de act.& oblig.vt non habeat locum vbi requiritur cõtractus verus in loco &c. ☞ Præterea aliam facias differentiã inter abſentem ex cauſa legationis, vel ex alia iuſta cauſa,de quibus ſupra, circa prin.iſtius verſi.modo &c. ¶ Vnde capias duas concluſiones primam ꝙ ☞ LEGATVS IN QVOCVNQVE LOCO ANTE LEGATIONEM CONTRAXISSET,habet ius reuocãdi domum:non ſic ſi contraxiſſet tẽpore legationis in loco,quia tunc ſi conuenitur rõne contractus vbi conueniri poteſt etiam alia rõne,puta ↄmunis patriæ,vt Romæ vel ratione originis, tunc non habet ius reuocandi domũ. l.non alſ.&.d.§.omnes,in verſi. exceptis.in.l.ii.de iudic. retinebit nihilominus priuilegium plurium iudicum inhærẽdo in loco,vt puta ſi eſſet ſcholaris,not.in.§.fi.d.l.ſi furioſus.ff.de iudic.& probatur in.l.ii.ff.ſi quis in ius voc.non ier.in hoc do vnũ verbum,ꝙ aduerſus ſententiam excluſiuã talis priuilegii electionis,non datur reſtitutio in integrum, ex rõne, quia certans de priuilegio fori dicitur certare de lucro captando,nõ de damno euitando, ſm Ang.in.l.ii.in.§.i.ff.de iudic.idem in

eccleſia dixit Innocē.in.c.coram fœlicis,de in integrum reſtitutione,redeũdo,ſed ſi non duabus ſimul rationibus legatus ſortiretur forum in quo conueniretur,haberet ius reuocandi domum. ℂ Secunda concluſio eſt in ABSENTE EX ALIA CAVSA QVAM LEGATIONIS, tunc ſi Romæ abeſſet vel alibi vbi aliter forum ſortiretur & conueniretur quia contraxiſſet, ꝗuis ante abſentiam, nihilominus nõ habet ius reuocandi domũ, ſic differt a legato qui ius habet reuocandi domũ non obſtante ꝙ mixtim ibi forum ſortiat. ꝑ Si vero ibi ſolum rõne contractus conueniri poſſet,vt quia non eſſet cõmunis patria nec locus originis tũc habet ius reuocãdi domum,quãuis abſentiæ tẽpore contraxiſſet,ſm opini. glo.in.d.§.omnes.licet ibi Rapha.cõtradixerit. ℂ Si vero contraxerit IN ALIO LOCO QVAM ROMÆ puta vbi non ſortiretur forum ratiõe loci & contractus in ſimul,& abſens cõueniretur Romã,vel vbi ſortiretur forum ratione originis tantum,tunc aut cõueniret pro contractu.celebrato in loco domicilii proprii,vel ſaltim intra prouinciam propriam , ius habet reuocãdi domum not.in.d.§.legatis, ſi vero contraxiſſet extra ciuitatẽ propriam non habet ius reuocandi domũ vt in.§.item ſi extra prouinciã in eadem.l.quem ita declaro. ꝑ In hoc tamen attende ꝙ hodie quælibet ciuitas eſt loco prouinciæ.per glo. ſing.in.l. fin.C.de pręſcrip.longi temp. de conſuetudine ſaltim,vnde extra ciuitatem & eius diſtrictum,dicitur extra prouinciam,quinimmo & ſi caſtrum de ſe regeretur,idẽ eſſet per rõnem illius gl. vt ſic ſi extra caſtrum contraxiſſet, nõ haberet ius reuocandi domũ,de quo p Fulg.in.d.§.item ſi extra prouinciam & in.l.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria.ff.q ſatiſd.cogã. ꝑ Et, quod dictum eſt intra prouinciam habere ius reuocandi domum quamuis extra ſui domicilii ciuitatem,procedit ſi locus cõtractus eſſet eidem domino cui & locus domicilii ſubiectus,alś non.arg.not. per Paul. de caſtro in ſimili.in.l.i.§.& poſt operis.ff.de no.oper.nunc. ꝑ Item procedit,niſi extra prouinciam eſſet collata ſolutio.l.contraxiſſe.ff.de act. & obli. not.in.l.eum qui.§.ff.de conſtit. pec. per Ang.in.l.ſi quis in legatione.ff.de iudic. ℂ Quę oĩa intelligas etiã procedere IN ACTION. REALIBVS, puta in re poſſeſſa per legatum, vel aliter abſentem,ꝙ ſi tempore & loco legationis poſſideri cepta fuiſſet conueniri poſſent neque ius haberent reuocandi domum. vt in.l.ſi legationis.ff. de iud.qualitercunq; poſſeſſionem. Siue ex contractu,ſiue ex delicto acquiſiuiſſet. vt in.d.§. legati. ꝑ Siue talis res ratiõe miniſterii,ſiue legationis acquiſita ſit ſiue nõ ſit per rõnem de qua in.d.l.ſi legatis argumen.l.illud.ff.ad l.aquil.& probatur in.l.ſi. in.§. omnes.ff.de iudic.quicquid gloſ.in.d.l.ſi legatis. ꝑ Dummodo poſſeſſio in legatione capta nõ fuerit ex cauſa de pręterito,videlicet ante legationem, exẽplum cum poſſideret ante legationem fuit ſpoliatus,& tempore legationis recuperauerit. Argu.l.i.§. non tantum dolus &.§.neratius.ff.depoſi. &.l.ſi rẽ §.fin.ff.de pigno.act. ℂ In qua actione reali aduerto differentiam inter legatum & abſentẽ ex alia cauſa non eſſe ſicut differunt,vt ſupra diximus. ꝑ Et aduerto ꝙ rõnẽ ſolius poſſeſſorii non cõueniretur ſicut ſupra diximus rõne ſolius contractus,niſi mixtim concurrat cum ratione loci,ſic ꝙ haberet ius reuocandi domum. ꝑ Sed ſi non eſſet legatus, vel aliter legitime abſens tunc puto eum ratione ſolius poſſeſſionis conueniri poſſe , quia cum ſit ſpeciale in legatis & abſentibus vt ſupra,cõtrarium erit in aliis.l.ius ſingulare.ff. de legi. ꝑ Quadere infero,ꝙ ſi aliquis forenſis tranſiret cum ęquo meo,poſſem illum cõuenire nec haberet ius reuo-

candi domum, ſic tenet Ange. in.l.ſi
fideiuſſor.qui ſatiſd.cog dicens ita ſer 51
uari ſpecul.etiam tenet de competen.
iud.adi.§.i.verſi.quid ſiquis,quicquid
Bar.Butr.& Areti.in.l.ſed ſi poſtulan
te.ff.de iudi. ¶Et quod dictum eſt ra-
tione contractus quem perdere ius re-
uocandi domum in caſibus prædictis
procedit etiam ſi abſentes iſti conueni-
rētur ratione CONTRACTVVM
CONFECTORVM PER FILIOS
vel ſeruos eorum.l.non aliter.§.i.de
iudi.not.in.d.§.legatis & not.in.§.le
gati.l.nō alias eos tit. ¶Procedit etiā
in delictis COMMISSIS PER LE-
GATOS IPSOS, & eorum ſeruos,
& quaſi delictis. ¶Dūmodo ſciamus ſi
ſerui deliquiſſent in exercitio & Dño
eis cōmiſſo.d.§.legati,cum ſequē. ꝙ
pro noxa darentur,ſi vero non eſſent
ſerui, ſed liberi hoīes ſeruientes.lega
ti in ſolidum tenerentur.nec ius habe
rent reuocādi domū.vt in.d.iuribus.
atque vide Bartol.in.l.i.§.familiæ,
nomen & ibi caſus eſt.ff.de publica. vi
de in.l.ſi familia.ff.de iurid.om.iudi.
50 ¶Secundo principaliter cōcluſio no
ſtra fallit, COMPLETA SEV FI-
NITA LEGATIONE, nam tunc ſi
legatus pſiſteret,in loco volūtarie ma
gis q̄ neceſſariæ,diceretur abeſſe,vt in
verſic.plane.in.d.l.ii.ff.de iudic.rota
vbi ſupra in antiquis.clxxxv.nam ceſ
ſante cauſa.&c.l.adigere in.§.quam-
uis.ff.de iure patron.c.cum ceſſante,
de apella. ¶Et neceſſario abeſſe dicas
vbi finita legatione vacaret ad com-
ponendas valiſias ſeu ſarcinulas ſuas,
cauſa recedendi.l.ab hoſtibus. in.§.
ſed quod ſimpliciter.ff.ex quib.ca.ma
ior.arg.l.ratum &.l.quod dicimus.ff.
de ſolution.&.l. diuortio ff. de neg.
geſt. ¶Vnde infertur ꝙ ſi eſt data LI-
CENTIA BANNITO VENIRE
IN CIVITATEM cauſa teſtificandi
vel alia.ꝙ nihilominus ea finita breue
ſpatium temporis habeat ad ſarcinu-
las componendas,intra quod ſi cape-
retur, vt indebite captus relaxaretur,
vt tradit Nicol.de Mattarell.ind.l.ii.
verſicul.plane per illam gloſ.& tex.
¶Similiter inferri poteſt, ꝙ idem ſit
vbi quis per vnum menſem dānatus
fuerit ad ſtandum in carceribus & po-
ſtea de loco ſit bannitus, nam elapſo
meſe modicum ſpatium habebit intra
quod &c.vt ſupra.i.d.§.ſed quod ſim-
pliciter,tempus tamē erit arbitrio bo-
ni viri.l.i.ff.de iure de liber.l.ſi debi-
tori.ff.de iud.facit i arg.l.nepos pro
culo de verb.ſigni. ¶Tertio princi-
palis conc.noſtra fallit nō habere lo-
cum vbi abſenter ex cauſa neceſſaria,
vel probabili, IN LOCO ABSEN
TIÆ AGERENT; nam ſi reconueni-
rentur non haberens ius reuocādi do
mū.d.l.ii.in.§.ſed ſi agant.ff.de iudic.
ita faciamus ex limitatione aliam con
cluſionem, ſed videtur, ꝙ imo habeat
legatus quia legatus ſine principis li-
cētia nō poteſt libellum dare.l.is qui
legatione.ff.de legation.probatur in.
l.Paulus.&.l.legatus, eodem titu.Ho
ſtien.ſoluit,pdicta locum habere qū
ei agere permiſſum eſſet. Maria.aliter
ꝙ legatus agens de facto ſine licentia
principis non debet eſſe melioris con
ditionis quā ille qui agit iure permit-
tente.c.eum q de pręben.in.vi. ¶So-
lutio mihi placet, nihilominus Ma-
rian.eſt corruptus quia nec impugna
tio nec ſolutio cōueniebat i ſua quin-
ta limitatione,vt vides in.d.c.fin.qui
nimo nec ſolutio ſua mihi placet, nā
ratio cur legatus nequeat conueniri,
eſt ne auocerē ab officio legatiōis &c.
vt ſuperius ſed ſi habet licentiam,vide
tur non auocari argu.l.gracchus de
adulter.at ſi de ſe capit licentiam agē-
di,non ceſſat ratio ſupradicta. ¶Nec
ob.ꝙ non debet eſſe melioris cōditio
nis &c.quia dico ꝙ priuilegium reuo
candi domū legatus non habet pro-
pter cōditionem ſuam, ſed propter cō
ditionem eorum qui eum legatum or
dinaſſent quibus non potuit pręiudi-

tare in hoc, ſtante lege ſibi legato co‑gnita, de qua in.l. Paulus &.l. legatus vt ſupra. nam per illas legati poteſtas limitata fuit. ¶ Et quod dictum eſt nõ habere ius reuocandi domũ ſi agant, idem ſi non agant, ſed negarent id qd eſt cauſa ſui priuilegii per.l. ſi dubitetur. ff. de fideiuſ. ¶ Idẽ ſi non agant ſed conuenti patiantur litis conteſtationem.l. fin. C. de exception. ¶ Fallentia mõ noſtra limitatur IN ILLO CVI INVITO ALIQVID ACCIDIT, iuxta.l. ſenatus.§. ſiquis. ff. de officio pſid. puta ciuiliter vel criminaliter proſequendo emendam iniuriæ tunc ſibi factæ ſeu emendarioné furti vel damni, vt in.d.l.ii. verſi. non tamé iniuriam &c. iuncto verſi. quod tunc paſſi ſunt. &.l. Paulus reſpondit de eo. ff. de legibus & melius dicemus. fal.ix. ¶ Secũdo limitat̃ IN CLERICO AGENTE, qui in cauſa recõuentionis habet ius reuocandi domum in tribus caſibus, videlicet in cauſa famoſa item in cauſa ſpirituali, vel beneficiali, item pro iniuria vel damno per eum paſſis ex facto aduerſarii, vt per ſpec. in titu. de reconuen.§. nunc dicemus verſi. ſed pone clericus in aliis vero caſibus non habet ius reuocandi Ang. in.d.§. ſed & ſi agant, poſt Archid. tertia. q.i.c. cuius in agẽdo not. in.c. at ſi clerici de iudic. & in.c. nullus, de foro competen. & in.c.i. de mutuis petit, caſus eſt in.§. reuerẽdiſſimis de epiſcopis & clericis, contrarium voluit Cyn. & Butrig. in auct. & cõſequẽter. C. de ſententiis ex peric. recitan. ¶ Sed dic per Ang. vbi ſupra. ꝙ opinio Cini & Butrigarii procedit ſi clericus malitioſe ageret vt poſſit reconueniri arg.l. fraus. ff. de legibus. ¶ Similr ſi bona fide. & ex neceſſitate puta quia cauſa eſſet mere profana taliter, ꝙ agere non poterat coram eccleſiaſtico. argu.c. cum ſit generale de foro compe. ¶ Nam his caſibus habet ius reuocandi domum ſecus vbi poterat agere coram vtroq; iudice videlicet. tam eccleſiaſtico q̃ ſeculari nam adeũdo ſponte ſecularem perdit beneficiũ ſeu priuilegium ex diſpoſitione iuris ita ꝙ lex magis dicitur prorogare q̃ homo. Cardin. in.c.p.g. de officio de legat. & in.d.c. at ſi clerici. ¶ Quod mihi non placet quia non erat in poteſtate clerici ſe laico ſubmittere. neq; poterat expreſſe.c. ſi diligenti &.c. ſignificaſti. de foro compet. & diximus minus tacite. ¶ Tamen attende quia Ioan. an in.d.c. at ſi clerici dicit opinionem ſpeculi ſupra relatam cõmuniter ſeruari. ¶ Tertio limitatur in caſu quo abſens de quo nos non ageret SED EGISSET vel actione propoſita vel officio iudicis nam inſtantia finita non cogitur &c. aliis ibidem reſpondere glo. & Bar. in.l. ſed & ſi reſtituatur. ff. de iudi. vbi Angel. ſic habet ius reuocãdi domũ & arg.l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. &.l. & quia. ff. de iuriſd. om. iudi. ſed ſi legatus durante legatione ceperit agere, & finita ſit legatio & deinde cauſa intentata ad huc durante. de nouo fiat legatus nõ cogitur reſpondere etiam in cauſa durante, ſed habet ſi velit ius reuocandi domũ per tex. in.l. non diſtinguemus.§. itẽ ſi qs ff. de arbitr. ¶ Idem dicit Marianus in d.c. fin. de alia iuſta cauſa ſuperueniente durante cauſa intentata anteq̃ prima iuſta cauſa finiretur arg. textus in pręfato.§. iuncta.l.ii.§. legatis. ff. de iudi. ¶ Contra quem tenerem & eſt ſibi contrarius, vt dicemus in.vii. principali limitatione dũ differentiam facit inter legatum, & alium habentem aliam iuſtam cauſam. ¶ Quarto limitat̃ ſi abſens ageret officio iudicis non inſtantaneo, ſed expeditiuo puta peteret hęreditatem ſibi reſtitui ſic raphael.i.d.l. ſed & ſi reſtituatur. ſaluãs iſto modo gloſam de qua ibi ad ꝙ eſt tex. in.l. Paulus reſpondet cum.§. fin. & ꝙ ibi per Bart. ff. de legation. nam non perdit ius reuocandi domũ.d.l. ſed &

ſi. ꝟ Dũmodo ſatis det de ſolutiõe in domicilio. ſicut eſt. ꝟ Neq̃ pditur per aditionem hęreditatis, etiam factam p actum, qui fieri nequibat citra ius, & nomen hęredis per tex. generaliter loquentẽ in. l. de eo. ff. de iud. de qua materia plene dixi. in ſecunda ſpecie legalis prorogationis illa videlicet quæ fit quaſi contractu. ℭ Secus ſi ageret officio iudicis. inſtantaneo, vt habetur in auct. & conſequenter. C. de ſententiis ex periculo recitã nam ita agit qui implorat officium iudicis. ſicut q̃ actionem intentat. inſtit. de officio iudic. in princ. & textus in. l. ii. in. §. ſed ſi agant. ff. de iudi. generaliter loquitur. ℭ Quinto vbi RECONVENTIO CESSAT vt in cauſis ſummariis vt per doct. in. d. l. ſed & ſi reſtituatur. & in. d. auct. & conſequenter nã quia in his ceſſat recõuentio ius habet reuocandi domũ. ℭ Sexto ſi abſens ageret ACTIONE TEMPORE PERITVRA. raphael. in. d. l. ſed & ſi reſtituatur. in qua habet litem conteſtari vt actio perpetuetur. ℭ Septimo limitatur in caſu quo abſens ageret contra vnum ET NON AB IPSO cõueniretur ſed ab aliis perſonis nam habebit contra alios ius reuocandi domũ ſecundum Guil. Dinum, & Iac. Butric. in. §. ſed ſi agant, per. l. fulcinius, in. §. ꝙ ſi aduerſus. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. eſt glo. in. l. ii. §. ſed ſi agant. ff. de iudi. quæ allegat textum. in. §. reuerẽdiſſimi hypocriſarii in auct. de ſanctis epiſcopis per quem ſic voluit Iac. Balduini, & Hoſtiens. in titu. de excep. §. fin. ℭ Nihilominus gloſ. in. d. §. ſed ſi agant, & Raph. ibidem. p eum text. ibi aduerſus omnes &c. & innoc. in. c. licet de foro competẽ. & cõmuniter doct. tenent contra. vt ſic aduerſus omnes habeat ſe defendere conſequenter nõ habeat ius reuocandi domũ. ad. §. ſed ſi aduerſus. ꝟ Reſpondet Ange. ꝙ nos loquimur de priuilegio ſpeciali quod facilius tolitur per eius abuſum, ego ſequar hanc opin. niſi in legatis. ꝟ Vnde ſaluemus ſublimitationem in legatis vt ſic aduerſus alios habeant ius reuocandi domũ, & ne ſic de facili id amittant quemadmodum abſentes ex alia cauſa pro qua differentia facit tex. in. §. omnes. eadẽ lege ibi exceptis &c. & facit tex. in. l. non alias §. fin. ff. de iudic. videlicet. ne diu a, legatione auocentur, & facit quia in eis vertitur reipublice intereſſe. l. fi. ff. de legation. vnde cum ratio diuerſa ſit inter ipſos, & abſentes ex alia cauſa, diuerſum ius ſtatuetur. l. non poſſunt. ff. de legibus. ℭ Quæ omnia intelligas vbi legatus, vel ſimilis nomine proprio egiſſet, vt ſic durante iudicio ius non habeant reuocandi domũ vt ſupra. ſecus ſi nomine alieno, puta epiſcopi vel eccleſię, quia tunc ſi ab aliis etiam ab eo cum quo agerent conuenirẽtur ius haberent reuocandi domũ ſi nomine proprio cõuenti eſſent, tex. eſt. in. d. §. reuerendiſſimi quem Ray. dicit quantum ad hoc alibi non eſſe. ℭ Septimo limitatũ vbi agerent CORAM ARBITRO nam tunc reconueniri non poſſunt itaq̃ habent ius reuocandi domũ. glo. eſt in. l. non diſtinguemus. in. §. illud in verbo defendat ff. de arbitr. ℭ Niſi cõpromiſerint tẽpore legationis arg. eorum quæ diximus. de contractu, vel niſi ipſi legati peterent arbitrum cogi reſpõdere nã tunc & arbiter poſſet compelli ad petionẽ ptis aduerſę. d. §. illud. ℭ Nono vbi proſequeretur agens SVAM VEL SVORVM INIVRIAM, vt eſt gloſ. in. l. non cogit. ff. de iudi. facit quia legatus tenetur ex delicto eorum quorum miniſterio vtitur in legatione, vel ſi ipſe deliquerit nec habet ius reuocandi domum. l. nõ alias. §. i. ff. d. titul. ꝟ Vnde conueniens eſt ꝙ contra agendo pro delicto, vel iniuria contra eos cõmiſſa legatus non perdat priuilegium ſicut etiam quando agit proſequendo ſuam propriam

iniuriam arg.l.non debet, de reg.iur. in.vi. ¶ Et ꝙ de iniuria dictum eſt pro cedit etiam ſi damnum ſeu furtum ab ſens paſſus eſſet itaq; eorū, vel alterius occaſione ageret.ita eſt tex.in.d.§.ſed ſi agant,& ſic agens ciuiliter pro dam no &c.non poteſt recōueniri,ſic limi tatur.tex.in auct.& conſequenter.C. de ſenten.ex pericul.recit.ſecundum ſpecul.in titu.de reconuentione.ver ſic.ſed quid ſi laycus,eſt Barto.Raph. Ange.in.d.§.ſed ſi agant.colligentes ex textu.d.§.ꝙ ſi agant ꝙ ille qui ac cuſat criminaliter non poteſt recon ueniri ciuiliter. ¶ Sed tu aduerte ꝙ tex. loquitur in legato, quadere non ſic in ceteris arguēdo a contrario ſen ſu.l.i.ff.de officio eiuſ. ¶ Item eſt caſus ſpecialis in legato.d.§.legatur in ea dem.l.ergo &c.l.ius ſingulare.ff.de le gibus. ¶ Nihilominus ſaluando Bar tolum dicas, nō per illum tex.ſed per rationem quia recōuentio eſt ſpecies prorogationis, vt diximus proroga tio vero de ſpecie criminali ad ſpeciē ciuilem non tenet cum non proroge tur ad diuerſam ſpeciem.Cyn.& Bal. in.l.teſt.omnia.C.de teſtam.ergo &c. facit.l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de iudi. ¶ An autem accuſatus poſſit reac cuſare ſuum accuſatorem vide in.l.is qui reus & ibi Bar.ff.de publ.iudic.

¶ Decimo limitaꝛ vbi legatus NON SVO NOMINE ſed eius qui ſibi iu bere poſſit litigaret nam tunc ius ha bet reuocandi domum,eſt tex.in.d.§. reuerendiſſimi ſecundum Rayn.quem ſequitur Felyn.in.d.c.fi. ¶ Quarto principaliter concluſio noſtra fallit quatenus NECESSITAS VRGEAT hoc eſt in remediis requirentibus cele ritatem. ¶ Vnde ſi peterent vt cauere deberet de dāno infecto iuxta.l.i.ff.de dā.infec.non haberet ius reuocādi do mū itaq; ſatiſdare de dāno infecto cō pelleretur alias pateretur imiſſionem ex primo decreto nō ex ſecūdo, vt eſt tex.& ibi gl.in.l.ſed ſi reſtituatur.i.§. ędiū.ff.de iud.vel ſi dabiꝛ ex.ſcdo.cō petit reſtō vt.ibi gl. ¶ Et procedit cō cluſio ſiue fallētia nō tm̄ ſi domusquę minatur ruinam ſituata ſit in loco iu dici iuſta.l.fin.C.vbi in rem actio ve rum etiam alibi cum textus generali ter loquatur in.d.§.ędium. dūmodo hoc vltimo caſu locus iudicii ſit vbi alia rationem ac mero iure conueni ri potuiſſet puta.communis patrię vt Roma eſt, vel ratiōe originis proprie vel paterne. ¶ Idē eſt in cauſis electio num prelatorum.non ſic Canonico rum in quibus non eſt tantum pericu lū in mora.innoc.Hoſtien.Ioan.an. Marianus in.d.c.fin.per.d.§.ędiū. cū ſimil. ¶ Aliud exemplum iſtius fallen tiæ erit IN ACTIONIBVS TEM PORE PERITVRIS hoc eſt perirēt ſi expectaretur reuocatio ad domū vt eſt reddibitoria & quanto minoris ſe cundum Ange.in.d.§.ędium.de quo per Bar.in.l.ex hoc edicto.ff.de eo p quem facit erit.nam ille nō perpetuā tur.per ſolam citationem ſed per li tis conteſtationem.vnde cōuentus ta libus non habet ius reuocandi,domū & ſi legatus ſit quin ſaltim litem con teſtari pati cogatur per quam actio p petuetur.l.fin.C.de preſcript.xxx.vel xl.annorum,& ſi non conteſtabitur lis reſtitutio competit.l.ii.§.omnibus ſupra.eodem.l.ſenatuſconſulto.ff. de officio preſidis, ſed conteſtatione ſe quuta ius habebit reuocandi domū ſic limito.l.vbi acceptum.ff.de iudi.niſi actiones eſſent quæ neq; per conteſta tionem perpetuētur vt eſt actio de do lo.per.l.fin. C.de dolo.& i integrum reſtō.l.fi.C.de temporibus in integr. reſtit.nam tunc nec poſt conteſtatio nem ius habet reuocandi domum ſed cogitur totum iudicium pati. Bart.& raph.in.d.§.ædium recolligentes per hoc ꝙ in actionibus tempore peritu ris priuata vtilitas publice, prefertur hoc eſt legationi.redeūdo exemplum iſtius limitatiōis limitatur ſi locus vbi

conuenitur

64 ¶ Concluſio vera eſt, ꝙ ratione contractus quis conueniatur in loco contractus. ¶ Quæ primo principaliter nõ procedit ſi ALIBI SOLVTIO COLLATA FVISSET nam tunc non in oco contractus ſed ſolutionis conueniretur. ¶ Immo locus ſolutionis dicitur contractus ex ratione quia mens contrahentium fuit, vt in loco ſolutionis contractus expediatur, nam quia ſubſtantia contractus eſt cõſenſus, vt inſt.de oblig.ex conſenſu, q collatus fuit in loco ſolutiõis igitur &c. ſic ceſſat contrarium illud ꝙ ſicut in delictis non tantum in loco conſumati delicti verum etiam in loco mãdati qs punitur, vt dicemus in delictis nam offenſus non cõſenſit in loco mãdati, ſic Curtius in.l.hæres abſens in. §.apud Labeonem.ff.de iudi.& forſitã non peccaretur dicendo ꝙ verbũ intelligitur.in.d.l.contraxiſſe importet veritatem. ¶ Concluſio ꝙ in loco ſolutionis &c. tenetur per Bar.& cõmuniter doct.in.l.quæro.ff.de ſolut.& p cõmuniter Canon.in.c.Romana.in. §.contrahentes in.vi. Bal.& Ang.in. l.hæres abſens.§.i.ff.de iudic.& vbiq; omnes. ¶ Conueniretur in q̃ non ſtatim, ſed ineſt tacita dies qua poſſit ad illum locum perueniſſe.l.iii.§.ſi quis ita &.l.ii.de eo quod certo loco ad qd l.i.ff.ex quib.ca.maio.ibi vicena mil

lia paſſuum &c. ¶ In quo aduerte ꝙ p talem ſolutionem alibi collatam, vel contractum alibi factum, non tamen tanꝙ a viatore, videtur quis renúciaſſe priuilegio, quod eſt ne priuilegiatus extra ſuá diocesim trahi poſſet, eſt text. vbi gloſ. ii. in. d. c. dilecti. ☞ Non ſic vbi aliquid alibi fieri promiſſum eſſet exprimēdo locum, altitudiuem puta domus, cęteraq; ne alias promiſſio ſit incerta ſic nulla de quibus in. l. iii. §. ſiquis inſulam. ff. de eo quod certo loco &c. & in. l. qui inſulá &. l. ſtipulatus de verb. oblig. vbi Bart. & imo. nã tunc poſſet conueniri in loco domicilii vel alias vbi ſortiretur forum, vt id promiſſum impleatur in loco deſtinato, alias ſuccederet obligō ad itereſſe, vt in omnibus obligationibus faciendi. de quo in. l. ſtipulationes non diuiduntur. de ver. oblig. ſic Marianus in. c. dilecti nu. viii. & ad locum facti faciēdi, vt per eundem. nu. xxxiiii. dum dicit aduocatum conductum ex domo ſua vt aduocet ſenis itaq; ibi conueniretur. ¶ Et quod dictum eſt reū in loco ſolutionis collatæ cōueniri procedit. ☞ Et ſic primo ampliatur ETIAM QVOD PLVRA LOCA ESSENT & tunc. ¶ Vel alternatiue fuerunt appoſita, puta promiſit ſoluere Romæ, vel Mediolani. ¶ Vel coniunctiue. ¶ Vel ſub generalitate verborū, vel nullo modo. ¶ Primo caſu in oibus contraxiſſe videtur. d. l. contraxiſſe de actione. & oblig. ☞ Et eſt in electione actoris vbi reum cōuenire inſolidum velit. l. iii. in princ. ff. de eo ꝙ cert. loco. ne obligō reddatur inutilis, dum reus ſemp variaret. ☞ Quamuis non ſic in alternatiua ſummarum vt eſt regula ſn alternatiuis in. vi. ☞ Sed ante litem conteſtatam eſt in facultate rei conuenti quo in loco ſoluere velit. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. l. ſi ita ſtipulatus fuero mille. ff. iudi. ſolu. Bart. in. d. l. iii. ☞ Similiter poſt litem conteſta, quando loca appoſita gratia ſolſus rei conuenti fuiſſent. Bar. in. l. ſi is qui certo. ff. de eo ꝙ cert. loco. ¶ Effectus eſt quia ſi non eſt in facultate rei conuenti tenetur ipſe ad intereſſe quia in loco petitionis non fuerit ſolutum, ſic actio arbitraria eſſet. d. l. ſi is qui certo. ¶ Scdo caſu poſſit in vtroq; loco cōueniri nō inſolidū ſed pro portione puta tertiā ſi tria loca eſſent vel medietate ſi duo. l. iii. §. ſi qs ita ſtipuletur. ff. de eo ꝙ cert. loco. ſed ſi in vno locorum vellet inſolidū conuenire actio eſſet arbitraria pro parte, ſeu partibus quæ alibi peti debuiſſent niſi in illo loco alias domiciliū reus ſortiretur puta, quia vagabundus de quo infra vel quia Rom. &c. l. Roma. ff. ad municip. ¶ Tertio caſu dic ꝙ aut clauſula gñalis illa videlicet, QVOD ET SIBI SOLVATVR VBIQVE LOCORVM poſita eſt poſt aliqua loca ſpecificata cōiunctiue aut alternatiue. aut poſt nulla loca ſpecificata. ¶ Primo caſu, verba eſſent male concepta, & nihil operarentur habetur in. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. om. iudi. per Canoñ. in. c. i. de iudic. ☞ Vn deconcipi debent ſic, promiſit ſoluere Florentiæ Rom. & vbiq; fuerit inuētus tunc cōmuniter doct. volunt ꝙ in omni loco etiam extra nominata cōueniri poſſit, dūmodo loca nō ſint diſtantiora nominatis arg. clem. nō poteſt de procurat. not. in. l. fin. §. cui dubia. ff. de oleo tritico legato. ¶ Niſi dictum ſit vbiq; locorum etiam diſtantiorum tunc & in diſtantioribus cōueniret. ¶ Niſi veriſimiliter fuerint incogitata. argu. not. per Bar. in. l. ſcio. ff. de annuis legat. & i. l. ſi mater. ff. de inoff. teſt. ☞ Et vbilibet conuenitur in ſolidum ita cōmuniter in. d. l. ſi conuenerit. ¶ Raph. Fulg. voluit ꝙ ſi duo puta loca ſpecificata ſint cum clauſula & vbicunq; fuerit inuentus, vt tūc pro tertia parte vniuſcuiuſq; loci pro alia tertia in aliquo loco illorum non ſpecificatorum, & ſequi videtur Marianus

in.d.c.dilecti.nu.xxx.ſubdens per eoſ
dem,ꝙ ſi actor conuenerit inſolidum
in vno locorum pro partibus quę pe
ti debuerant in aliis locis actio erit ar
bitraria ad intereſſe. ¶ Niſi loca ſpeci
ficata eſſent ſolūmodo duo vel tria, &
eſſent ſatis propinqua,tunc enim obli
gatio ſolutióis videtur eſſe diuerſa cū
ceſſet ratio Bartoli in.d.l.ſi conuene
rit & in.d.l.iii.ff.de eo ꝙ cert.loco il-
la videlicet quia ſi per loca diuidere-
tur eluſoria fieret deueniendo ad vnū
minimū. ¶ Si vero loca ſpecificata eſ
ſent alternatiue, & clauſula generalis
poſita alternatiue tunc in omni loco
inſolidum conueniretur non habita
ratione alicuius intereſſe. ¶ Niſi actor
eum conueniret in loco non ſpecifica
to neq; comprehenſo ſub clauſula ge
nerali,puta loco diſtantiori ſpecifica-
tis. ¶ Tertio caſu quando clauſula ge
neralis poſita eſt poſt nulla loca ſpeci
ficata:tunc bene ſe habet, dicēdo pro-
miſit ſoluere vbiq; locorū & inſolidū
actor petet vbi volet quia verba gene
ralia capiunt omnia loca in quibus
fuerit perſonaliter apprehenſus etiam
extra domicilium ſuum,vel patriā cō
munem.l.contraxiſſe.de verb.oblig.
Bar.in.l.titium & meuium.§.tutores.
ff.de admini.tuto.fuit opi.Iac. de are.
& Specu.de compe.iudic.adit. in.§.i.
verſic.quid ſi pactum: Imola & cōiter
in.c.i.de iudic.Pau.in.l. lucius la pri
ma.ff.depoſiti Alexander in.d.l.ſi con
uenerit in .x. fallentia. & in conſilio
xxxv. in.i. volumine.in penulti. col.
cum ſimil.vt per Decium in.d.c.prio.
¶ Moderantia tamen habita per do.
Anto.in.d.c.i.ꝙ ſi verba generalia tē-
derent magis ad arbitrium boni vi-
ri.q̄ ad liberam voluntatem. puta di-
ctum ſit vbicunq; tibi placuerit iuxta.
l.thais.§.ſororem.ff.de fideicō.libert.
de quibus denotantibus arbitrium
boni viri, habetur in.c.quintauallis.
de iureiu.& nō ſit dictam vbicunq; vo
lueris.de quo in.l.cum quidam.de le-
gat.iii.tūc generalitas debet reſtringi
vt actor eum cōueniat ad locū prout
bonus vir arbitraretur & ſi alibi eum
cōueniret actio eſſet arbitraria ſic Ma
rianus ex doctorum dictis, vltimo tu
practice ſi vis vt clauſula iſta vbiq; lo-
corum operetur, vt omnino in quo-
cunq; loco operetur poſſe reum con-
ueniri videas Bartolomęum Veron.
dico Cæpol.in cautela.lxx.incip.ſe-
piſſime &c. male allegata in.addit.ad
Marianum.tanq̄ centeſimaſecunda.ſe-
cundum quam regulabis omnia dicta
dn̄i Antonii, Abbatis, & Deci.in.c.i.
de iudi.& modernorum in.l.ſi conue
nerit.ff.de iuriſd.om.iudi.tradentium
iſtam materiam. ¶ Aduerto ſumpta oc
caſione, ꝙ in eadem facie Mariani eſt
alia additio ſub verbo.hanc &c. male
allegans Alexandrum in conſil.xxvi.
ꝙ peius eſt inueni multas additiones
non tantum falſo allegantes verū ex-
tra propoſitum loquentes & extra ve
ros terminos non dico extra materiā
neſcio cuius fuerint, nam additiōes ī
titulo inſerte cum dictis Mariani ſunt
additiones Bartolomęi volui dixiſſe
¶ Quarto caſu principali videlicet,
ſi in obligatione non ſit adiectus lo-
cus deſtinatæ ſolutionis neq; compre
henderetur ſub generalitate, & tunc
aut locus ſumi tacite poſſet ex ver-
bis cōtrahentium puta promiſiſti mi
hi centum & ego promiſi non petere
niſi Florentiæ clarum eſt,ꝙ Florentię
poſſum.tex.eſt in.l.bonefidei.ff.de eo
ꝙ cert.loco. ¶ Et ſi alibi petat ſucce-
dit arbitraria ad intereſſe propter lo-
cum vt in ſimilibus diximus ſic Bart.
intelligit illum tex.dum dicit ꝙ agen
ti in alio loco obſtat exceptio.&.l.ne
mo poteſt de leg.i. ¶ Aut nullo mo
do percipi poſſet tunc refertur ad lo
cum contractus exemplum Florenti-
nus & Peruſinus de lite vertēte Ianuæ
fecerunt compromiſſum ſenis promit
tendo ſoluere quicquid arbitrator iu
dicabit,qui iudicauit Mediolani.non

exprimendo

exprimendo locum ſolutiõis faciẽdæ:
attenditur locus ꝯtractus quo ad faciẽ
dam ſolutionẽ,itaq; cõpromiſſi:ſi mõ
non id egerint vt viatores per ea quę
diximus,Marian.xxxv.quę videre po-
teris in alio puncto extra materiam.
¶ Item ꝙ dictum eſt conueniri ſolum
in loco ſolutionis procedit itaq; am-
pliatur ſecũdo ſi ex interuallo ſolutio
adiecta ſeu collata fuiſſet per.l.quãuis
ff.de iudic.partes.n.recedere videntur
a primo foro vt Bar.ibidem nam põt
l.hæres abſens.§.i.ff.de iudic.in glo.
quę incipit ab negatiue: ſed Butrius &
Fely.in.d.c.ſi.de foro competẽ.dicũt
non eſſe receſſum a primo foro p tex.
in.l.certi conditio.in.§.penu.ff.ſi cer
tum peta.immo in vtroq; foro conue
niri poſſet hanc ſequor. ¶ Nec tex.in
d.l.quãuis cõtradicit dicit.n.alibi ſol
ui non tamen negat quin in primo lo
co agatur,vel melius Bartolũ ſequor
reſpectu ſolutionis per illum tex.vt ſic
receſſum videatur:alios vero reſpectu
facultatis agendi.¶ Secundo conclu-
ſio procedit etiam ſi alibi ſit collata ſo
lutio ex diſpoſitione legis puta qs pro
duxerit teſtes extra prouinciã videtur
enim tacite actum,vt de neceſſariis eis
ſubminiſtretur in loco vbi debet teſtifi
cari.c.ſtatutum.§.inſuper de reſcrip.
in.vi.l.quoniam liberi.C.de teſtib.
¶ Tertio concluſio ampliatur proce-
dere etiam ſi in loco contractus cõtra
hens non erat ſtatim receſſurus nõ.n.
habetur talis diſtinctio in.l.cõtraxiſſe.
de actio.& oblig.Pau.de caſt.in.l.hæ-
res abſens.§.i.ff.de iudic.¶ Quarto
ampliatur vt procedat etiam in loco
tacite deſtinato ſolutioni ſecundũ Are
ti.in.d.c.ſi.de foro compe.per caſum
l.ſi ſuſceperit.in.§.i.ff.de iudic.quem
in.d.c.ſequitur Fely.¶ Tacite deſtina-
tus etiam is locus dicitur in quo ſolui
ceptum fuiſſet per tex.in.l.ſi fideicom
miſſum.§.fin.ff.de iud.¶ Vnde ſequi-
tur ꝙ quia reſtitutio dotis deſtinatur
vt fiat in domicilio mariti,ideo mari-
tus ipſe non in loco contractus ſed do
micilii vel originis eſt conueniendus
Pau.de caſt.Ange.& Curtius in.l.exi-
gere dotem.ff.de iudic.contra rationẽ
Bartoli dicentis ſpeciale in dote imo
per eos dicas in dote ſeruari ius com-
mune vt ſupra niſi in quibuſdam caſi-
bus poſitis per Fely.in.c.i.de ſponſal.
in.xv.colum.& melius per Curtium i
l.exigere dotem.ff.de iudic.ponentem
plures queſtiones & et in quibus quo
ad dotem attendatur locus cõtractus.
¶ Sed aduerte contra ampliationem
hãc ſatis vrgere textum in.l.ſi fundus
ff.de euict.quem Curtius intelligebat
loqui de loco tacite deſtinato ne con-
trarius eſſet legi contraxiſſe.ff.de acti.
& obli.Reſponderem inſpici conſuetu
dinem loci contractus vt ibi non tamẽ
per hoc ſequi vt ibidem cõuẽtio faciẽ
da ſit:ipſa.n.ſequitur locum ſolutio-
nis eſt tex.in.l.ſed & ſi ſuſceperit in.§.
i.& ibi Barto.¶ Sed non procedit cõ
cluſio quam ſic primo limita quo ad
hoc vt ſatiſdetur de ſoluendo in loco
collatæ ſolutiõis nam in loco celebra
ti contractus conuenitur.Iaſon in.l.i.
ſi quis nõ ponat pro conſtanti.ff.de eo
ꝙ cert.loco vel bona ſequeſtrent vel
iuratorie caueatur:qđ mihi nõ placet
arg.l.veteribus.ff.de pa.niſi vbi ſua cul
pa deterioraſſet conditionem vt dicit
bal.de aduena in.l.hæres abſens in.§.
proinde.vel melius allego glo.in.l.ii.
in.§.ſed ſi dubitetur,& hoc equitatem
habet quãuis bartol.in.d.§.proinde
aliud velit in verſicu.quęro vtrum.
¶ Item non procedit quo ad ſolẽnita
tes in cõtractu conficiendas & ſic ſcđo
limita tunc.n.inſpicitur locus cõtra-
ctus non deſtinatæ ſolutionis neq; lo-
cus vbi reus conueniretur bart.& bal.
in.l.i.C.de ſum.tri.& fide catho.Petr.
de anch.in.c.canonum ſtatuta de con
ſti.¶ Tertio limita ne procedat quan-
tum ad interpretatione verborum cõ
tractus.bar.in.l.contraxiſſe & vbi ſu-
pra.¶ Etiam ſi partes eſſent forenſes.

Dominus Anto.in.c.i.de ſpon.& ipſi
cæteri. ¶ Vnde ſtatuto exſtante in lo
co contractus ꝙ de contractibus ſolua
tur gabella ſoluenda eſt ꝗs in loco
deſtinatę ſolutionis nō ſoluatur.bal.
vbi ſupra. quicquid idem in.l.multū
intereſt.C.ſi quis alteri vel ſibi ſic Ma-
rianus in.c.dilecti nu.xlvii.& Fely.
in.c.ſi.qui ſaluat cōmunem iſtā ab im
pugnatione Aretini.¶ Pro Aretino ſa
tis facit tex.à me ponderatus in.l.con
traxiſſe ibi intelligitur iuncta.l.vii.in
§.hæc verba de nego.geſt. ¶ Quarto
limita ſimiliter ſi ex contractu appa-
reat læſio propter quā veniret quis re
ſtituendus non locus vbi iudicium agi
tatur vel deſtinatę ſolutionis inſpice-
retur vbi forſitan non reſtituuntur ma
iores.xx.annorum.ſed locus contra-
ctus vbi reſtituuntur,ſi minores.xxv.
bar.vbi ſupra.& in.l.ii.ff.de eo ꝙ cer.
loco nā ſicut in actionibus deſcenden
tibus ex contractu inſpicitur locus cō
tractus ita in officio iudicis quicquid
Ang.in.l.i.C.vbi conuenitur &c.
¶ Sed in his quæ reſpiciunt iudicium
agitandū inſpicitur locus iudicii.bal.
in.l.i.§.eum qui.ff.de conſti.pecu.
¶ Quinto limita ne procedat vbi ſit
in cōtractu clauſula illa videlicet pro-
mittens ſoluere hic & vbiꝗ loco ꝓ An
ge.aret.in.§.præterea inſti.de actio.in
xii.colum.quē ſequitur Felyn.in.d.c.
ſina. ¶ Sexto limita quod dictum eſt
conueniri ſolum loco ſolutionis ne
procedat ſi locus cōtractus eſſet etiam
ſui domicilii vel fori,tunc.n.etiam in
loco cōtractus ſeu patriæ cōmunis cō
ueniretur glo.in.d.l.hæres abſens.§.
illud ſciendū.per tex.in.l.iii.ff.de bo-
nis auct.iud.poſſiden.Ray.Iaco.butr.
barto.Raph.Ang.& Pau.de caſt.dicūt
eſſe cōmunem in.d.§.Innocen.in.c.i.
de plus petition.¶ Licet glo.in.d.l.iii.
contrarium velit & in.l.eum qui.§.i.
ff.de conſti.pecu.¶ De quia ſatis miror
cum habeamus in loco domicilii vel
fori quem poſſe conueniri etiam ſi ali-
bi ſit cōtractum & alibi ſit collata ſo-
lutio tex.eſt in.d.§. ¶ Et ſi plura do-
micilii haberet in quolibet conueniri
poteſt.c.ſi.de foro compe.bart.in.l.ꝗ
ſi epheſi de eo ꝙ certo loco. ¶ Et hæc
procedunt etiam in clerico.c.Roma-
na.§.contrahentes de foro compete.
in.vi.qui per hunc modū ſiue licentiā
ſui epi prorogat ſicut qñ delinquit vt
habetur in.c.poſtulaſti eodē extra quā
uis expreſſe prorogare non poſſit vt
c.ſignificaſti & eſt in electione actoris
vbi velit eum conuenire:no.in glo.c.
dilecti eod.titu.Ibidem Marianus nu.
vii.vnde tranſibis cum limitatione cō
muni.¶ Et intelligas cōmunē dictā in
loco contractus cōueniri non rationē
cōtractus ſed domicilii per text.i.l.iii.
§.i.de bon.auct.iud.poſſi.quod aduer
tendum eſt ad modū agendi. ¶ Redeū-
do.vii.limita vt non procedat vbi ꝗs
in loco ſolutionis haberet ius reuocā-
di domum de quo in.l.ſi quis in lega-
tione vbi doct.ff.de iudic. ¶ Octauo
limita vt neꝗ procedat vbi non ſolu
tio,ſed ſolum negocium pro quo ſolu
tio fieri debet,alibi collatū fuiſſet,non
enim in loco negocii poteſt quis con-
ueniri vt negocium agat.,ſed in loco
promiſſionis,hr.in.c.Romana.in pri
cip.& quod ibi no.de foro compe.An
gel.ſed Marianus.cōtra in.c.dilecti.
nu.xxxiiii.dum dicit de aduocato,cū
quo tranſirem. ¶ Nono limita vt ne-
que procedat vbi in loco ſolutiōis nō
haberetur copia conueniendi reum,
nam tunc diſtingue per Maria.in.d.c.
dilecti.ꝙ. ¶ Aut reus eſt vagabundus
& vbiꝗ pōt cōueniri,& habetur ratio
intereſſe loci & tēporis quia non fuit
in loco cōtractus facta ſolutio. ¶ Niſi
alias actor fuiſſet in mora recipiendi,
vt in.c.damnū quod quis.de reg.iur.
in.vi.Quicquid de vagabundo dixerit
Florian.in.l.i.C.de quo cer.lo. ¶ Ad-
uerte quia & in loco ſolutionis poteſt
conueniri non quia locus eſt ſolutio-
nis ſed quia vagabundus. ¶ Aut non

eſt vagabundus,& non poteſt vbiq; cõ
ueniri,ſed in loco tantum,vbi als ſor
titur forum,& habetur ratio intereſſe
propter locum non dico tempus,tam
ex parte actoris,q̃ ex parte rei conuen
ti per tex.in.l.ii.et.iii.ff.de eo qđ cer.
loco in.§.nunc ex officio & in.l.i.C.
vbi cõueniatur qui cer.lo.prom.& in
§.loco.inſt.de action. ¶ Quicquid di
xerit Bar.de non vagabundo ꝙ vbiq;
cõueniri poſſit poſt Nicol.de Mattar.
in.d.l.i.ff.de eo quod cer.lo.per.l.ſi
duobus.§.i.ff de conſt.pecu.& per.l.q̃
certo.ff.de condi.indeb.quę gñaliter
loquũtur & quicquid Curtius in.l.hę
res abſens in.§.apud labeonẽ.ff.de iud.
nam iura ſupradicta debent intelli
gi & reſtringi ad loca idonea, vt p gl.
ibidem,poſt Azon.& cõmuniter doct.
& in.d.l.i. ¶ Sic etiam rñdetur ad oia
iura,ſimplr dicentia,vbicunq; poſſe cõ
ueniri argumen.l.vt gradatim.§.ſed ſi
lege.ff.de muner.& honor.tenet Flori.
in.l.i.C.de eo ꝙ cer.lo.& Soc.in cõſi.
ccxlvii.col.iiii.verſi.iii. ℂ Aduerte tu
tamen ad verbum Bar.vbi ſupra dum
dicit ad ſimilitudinem fugitiui, de quo
in.l.i.C.vbi decur.vel cohor.& in.l.i.
C.vbi cauſa ſtatus,nam per hoc ſalua
rem opi.ſuam in caſu quo ex coniectu
ris conciperet animum debitoris eſſe
nolle accedere ad locum aliquẽ ex his
in quibus conueniri poſſet argu.l.do
lum.C.de dolo.nam tunc crediderim,
vbiq; poſſe cõueniri ad ſimilitudinem
fugitiui,vt Barto.dixit. ¶ Quinimmo
in tali caſu eſt locus remiſſioni quãuis
regulariter in contractibus remiſſioni
locus non exiſtat Ange.in.l.hæres ab
ſens.§.i.ff.de iudic.poſt Baldum & vi
de quæ dicam in quaſi contractu ibi,
ſecundo principali modo &c. ℂ Et ad
uertẽdum eſt ꝙ ſi petatur alibi q̃ in lo
co deſtinatæ ſolutionis debet in libel
lo fieri mentio loci deſtinatæ ſolutio
nis,als plus peti diceretur,tex.eſt in.§.
loco inſt.de action.& ſufficit vt fiat in
narratione,quis non in concluſione

Bar.in.l.iii.in prin.ff.de eo quod cer
to loco. ¶ Vnde inferas,ꝙ ſi cõtractus
ſit ſimplex non faciens mentionem de
aliquo loco faciendæ ſolutionis tunc
mentio facienda non eſt quia actio tũc
non eſt arbitraria ad intereſſe.d.l.ꝙ ſi
epheſi,ſic Bar.ibidem,quicquid Guil.
de cun.in.l.quæ conditio de condit.
& demonſtr.nam intelligitur locus ex
preſſus vbi petitur. ℂ Cautelam igitur
habeas ꝙ contractus non fiat ſimplex
ſed exprimatur faciendam eſſe ſolutio
nem in loco ſaltim ipſius contractus
nam tunc eſſet arbitraria Marian.nu.
viii.c.dilecti. ℂ Et procedunt hęc tam
in actionibus bonefidei q̃ ſtricti iuris
numero.xii. ¶ Quomodo autem con
ſyderetur intereſſe tam ex parte actoris
q̃ ex parte rei,vide Bart.& doct.in.d.
l.ii.§.nunc de offõ.ff.de eo quod cer
to loco,& Marian.nume.xiii. ℂ Vnũ
no.ꝙ fideiuſſor,ad huiuſmodi intereſſe
non tenetur,niſi ſpecialiter ſe aſtrin
xerit,habetur in.l.centum capuę.ff.de
eo quod certo loco,& an & quãdo ſor
te ſoluta in alio loco q̃ vbi deſtinata
eſt ſolutio extinguat obligatio ad inte
reſſe propter locum paſſi vel patiendi,
& quid de proteſtatione facta per eum
qui recepit ſortem.videndi ſunt doct.
maxime Barto.in.d.l.centum capuę,
nam non eſt materia noſtra de hac ar
bitraria habetur in.§.præterea.inſti.
de action.vbi declara per doct.& in.d.
65 l.ii. ℂ Redeundo ad contractus ſecun
do principaliter quod dictum eſt con
ueniri quem in loco contractus non
procedit vbi contrahens ERAT RE
CESSVRVS ET SIC CONTRA
XIT VT VIATOR, nam tunc cõ
ueniri debet in loco domicilii.vt in.l.
hæres abſens in.§.proinde vbi Paul.
de caſtr.ff.de iudi.ſic ſecundam fallen
tiam demus. ¶ Quæ primo limitatur
niſi aliter conſuetudo ſe haberet, puta
ꝙ licet quis contrahat vt viator, tamẽ
ibi conueniri poſſit,ratione deſtinatę
ſolutionis tacite,nam in deſtinata ſo

lutione non habetur iſta diſtinctio viatoris. vt ſupra. ¶ Secundo limitatur niſi actor ignoraſſet eum eſſe ſtatim receſſurum. vt ibidē. §. proinde. ☞ Ignorare præſumitur eo ipſo quo reus habebat ibi domum, vel pergulam, & ſimile quid puta apothecam, officinam, armarium &c. vt in. d. §. primo, & in d. c. Romana. §. neq; etiam, Bal. in tracta. conſt. verſi. modo venio ad locum nam tunc poterit conueniri pro negociis pertinentibus ad talem pergulam vel armarium, non pro aliis vt notabiliter Paul. de caſtr. in. l. hæres abſens in. §. proinde. ff. de iudi. ☞ Idem ſi reus ibat ſeu incedebat tanq̄ vnus ciuis mercator nam fuit in culpa, non pandendo ſe ſtatim &c. Marian. in. d. c. dilecti, nume. viii. ☞ Vel quia erat indutus veſtibus illius patriæ Moder. & Curtius in. d. §. per textum in. l. item apud labeonem in. §. ſi quis virgines. ff. de iniuriis. ☞ Idem ſi aduena dixiſſet ſe non ſtatim receſſurum. l. finali. §. item ſi prędixerit alias actor ſcire præſumitur viatorem alias forenſem eſſe ſtatim receſſurum & in culpa eſt vnde ratione contractus eum ibidem conuenire non poſſet. ¶ Tertio limitatur niſi aduena conueniretur ex cauſa de qua in loco illo faciliter reſpondere poſſet vt puta ſi vendiderit ei q; tradiderit equum morboſum nam facile reſpondere poſſet ſecundum eum redibitoria poterit igitur conueniri. Raphael. in. d. §. proinde ibidem Angel. Marian. in. d. c. dilecti. ¶ Quarto limitatur niſi veriſimile eſſe appareret ꝙ actor dum contraxit in mente habuit non alibi q̄ in loco contractus experiri velle iſta eſt not. limitatio Abb. quē Marian. ſequitur in. d. c. dilecti, nume. xx. Dum dicunt ꝙ non eſt veriſimile ꝙ Aduocatus, vel Procurator conductus locaſſet operas ſuas vt poſtmodū ſequeretur clietulū ad locū domicilii, quicquid dixerit glo. communiter approbata in. d. c. fina. de foro compete. quā ſaluat, Marian. in caſu quo quis ex loco domicilii vtriuſq; duxit Aduocatum ad locū alterius feri & ibi cū eo de mercede cōuenit, ſic dicit praticari vidiſſe, limitationē ſequit Fely. i. c. fi. e. ¶ Quinto limitatur. niſi in iis quæ tēpore contractus expediri debent, puta vendidit ſibi equum, & tradere tenetur nam quamuis ſit ſtatim receſſurus tamen ibidem ad tradendum conueniri poteſt, & quia tradere recuſat, quaſi delinquere videtur. ergo &c. arg. l. hæres abſens in fine, & habes Cappell. tholos. in deciſ. ciii. cū addit. ¶ Sexto limitatur niſi aduena, ſit ſuſpectus de fuga. ſecūdū Bal. in. d. l. hæres. §. proinde. per. l. ii. §. ſed ſi dubitetur eodem & in concluſ. ſuis, illa videlicet quæ incipit, ſi contrahit cum aduena. ¶ Qđ intellige ſi poſt cōtractū ſuſpitio euenifſet, vt dicitur in. l. in oībus de iudi. & per Ang. de Aret. in. l. nemo carcerē C. de exact. trib. lib. x. & i. §. in omnibus inſt. de actioni. quam ſuſpitionem eueniſſe dicas eo ipſo quo recedere vellet vt declarat Bald. in rubr. C. de reuoc. his quæ in fraudem credit. colū. ii. vt petam eum retineri, donec mihi ſatiſfaciat vel fidem det de ſoluendo in domicilio ſequitur Felyn. in. d. c. fin. nu. xvii. intellige hoc vbi cōſtat ibi ſatiſfacere non poſſe. & fidem intelligas iuratoriā ſi aliam inuenire nequiret iuxta glo. in. l. ii. in verſi. ſed ſi dubitetur ff. de iudi. ita Felyn. poſt Rom. in. l. ſi. ff. ſolut. matr. ſequor quia ꝑetit fideiuſſorem debuerat Cautius negociari. l. veteribus. C. de pactis. ¶ Septimo limitatur, niſi agatur contra aduenam in loco contractus propter domiciliū poſtmodum ibidem ſuperueniens, per glo. mag. in. d. §. proinde in fine. glo. ¶ Et non ratione contractus conueniretur, ſed domicilii ſuperuenientis, ¶ Octauo limitatur niſi aduena contraxiſſet in loco in quo prius forum ſortiebatur, vt Romæ quæ cōmunis eſt patria. l. Roma. ff. ad munic. nam

eo loci conueniretur, per ea quę in.l.ii.§.omnes de iudic.& in.l.hæres abſens in.§.proinde, vbi Bar.& comuniter. ¶ Etiam ꝙ ibi eſſet propter aliquã neceſſariam cauſam vel probabilẽ, vel tanq̃ legatus, de quo dicemus in arti. ſuo incipien.quando forus prorogatur, ratione comunis patrię. ¶ Idẽ dicerem in qualibet ciuitate quæ ſit caput regni, prout Neapolitana. ¶ Vel non ſit caput quando loquimur in abſente vt ſupra vel legato. ¶ Nono limitatur niſi aduena ſolutionem conferret in locum non ſui domicilii, nã quamuis in alio loco non ſui domicilii contraxiſſet, nihilominus in loco ſolutionis conueniri deberet, quia ibi contraxiſſe videtur.c.Romana in.§.contrahentes de foro compete.in.vi. glo.Pet.Cyn.in.l.i.C.vbi conueniatur quis in loco Bar.& doct.in.l.quęro.ff.de ſolut.& in.l.i.ff.de eo quod cer.loco Bald.& Ang.in.l.hæres abſens in.§.fi.ff.de iud.& comuniter Canoni.in.d.§.contrahentes, per.l.contraxiſſe.ff.de action.& oblig. ☞ Nam idem eſſet ſi ſolutio collata ſit in loco contractus, quando ſtatim ſoluere debebat.vt ſupradictum eſt argu.§.fin.l.hęres abſens. ¶ Decimo limitatur niſi aduena conueniretur actione reali.videlicet rei vendicatione Rayn, in.l.ſi legatione.ff.de iudic.& in.l.fin.C.vbi i rẽ actio. ¶ Vndecimo limitatur niſi aduena cauere deberet iudicio ſiſti in loco domicilii ſui ſecundũ gloſ.in.d.§.proinde, iuncto.§.ſed ſi dubitetur. ☞ Hoc tamẽ reprobatur, p Bar. Ang. Raph.ibidem. ☞ Ad.§.ſi dubitetur, reſpondent ꝙ ibi legatus ſortiebatur forum, vel domicilium.habebat tamen priuilegiũ reuocandi domũ. ¶ Duodecimo limitatur.niſi partes ad locũ acceſſiſſent ea ſolum intentione, vt in illo loco contraherent, & ibi forum ſortiantur, quamuis ſtatim recedere intendant.nam tunc ibidem conueniri poſſent, cum implementum cõtractus in illo loco deſtinaſſe videantur. ☞ Et ſic ceſſat abſurditas & ratio de qua in.d.l.hæres abſens.§.i.ſic.d. Ant.in.d.c.fin.de foro competen. ☞ Quẽ ſequitur Maria.in.d.c.dilecti.nu.xxi.dicẽs eſſe notandum pro iis q̃ vadunt ad cõtrahendum in alio loco in quo Gabella non ſolueretur. ¶ Tertiodecimo limitatur niſi qui contraxit tanq̃ viator eſſet exemptus p priuilegiũ a loco contractus non autem iure cõmuni; quo inſpecto, ibi puta conueniri potuiſſet, nam quamuis id egerit tanquã viator, nihilominus, priuilegium tollitur cum facilius tollatur q̃ exẽptio naturalis.d. Ant.in.c.fin.de fo.cõpe. ☞ Sed Abb.ibidem quem ſequitur Marian.in.d.c.dilecti.nu.xxii.reprobat. d.Ant.dum.ii.ibidẽ volebat, ꝙ ſi exẽptus cõtraheret in loco exempto tãq̃ viator poſſet ibi conueniri, itaq; extẽdebat.c.i.de priuileg.in.vi. ☞ Et contra tenent optima ratione, quos vide, Ad.l.ii.in.§.omnes autem.ff.de iudi. reſpondent ꝙ legatus conuentus, tacẽdo ſibi præiudicauit in iure reuocandi domũ cui per taciturnitatem renũciatur, quod non eſt in exempto, nam potentius ius habet, & quantumcunq; non opponat, iudiciũ non tener.not. in.c.cum tempore de arb.Io.Ant.in regula ſcientibus lib.vi.in Mercur.

66 ¶ Tertio principaliter quod dictũ eſt conueniri quem in loco contractus, & non alibi niſi in domicilio nõ procedit, & ita fallit vbi actor ſeu creditor eſſet bãnitus, taliter, ꝙ i locis dictis cõparere non poſſet eſt gloſ.in.l.vſuras. C.de ſolut. Franci.de Crema in ſing. cxxiii.& miratur Bart.& Bal.ibi non aduertiſſe, quẽ ſequitur Rom. in ſing. lxxi.cum ſequutus eſt Bald.ibidem.& Felyn.in.c.cum ſit de foro competẽ. limitando cum ipſa.c. præfatum. ☞ Sed Caſtiloneus in addit.ad dictum ſing.Romani contrarium tenuit per tex.in.l.i.&.ii.ff.de eo quod cer.lo.& per glo.in.d.l.vſuras. ☞ Quæ parum

me mouent nihilominus cum ipſo te-
nerem ex ratione, ne ſit melioris con-
ditionis ſtultus, ſeu qui deliquit & bã-
nitus fuit q̃ ſapiens. c. eum qui de præ
beñ. in. vi. ¶ Ad gloſ. in. l. vſuras, reſpõ
derem ꝙ male exemplet tex. in. d. l. ibi
iuſta cauſa in eo qui eſt bannitus, me-
lius exẽplaretur in eo qui ſine ſui cul-
pa detineretur quicquid voluerit Cur
tius in. l. hæres abſens in. §. ſi quis tu-
telam. ff. de iudi. dicens ꝙ culpa nõ eſt
67 ordinata ad caſum. ¶ Quid in diſtra-
ctu an eius ratione quis forum ſortia-
tur, vide tradita per doct. in. l. qui cer-
to. ff. de eo qd cer. loco. & vide Rom.
in ſing. ccccl xx. ꝙ actor ſequi debet
forum diſtractus, nõ autem rei forum,
Butrius. in. c. poſtulaſti habes de hoc
textum in. l. Pomponius in. §. præ-
terea quem ad hoc notat Alexan. ff. de
acquir. poſſ. vide Iap. in allegatiõe. x.
allegatum in addit. ad Bar. ſuper. l. hę
res abſens in. §. ſi is qui tutelam. ff. de
iudiciis. per caſum in. l. in contracti
bus. §. in omni. C. de nõ numer. pecu.
vt ſimiliter abſolutionem a, iuramẽto
petere debeat in loco vbi contractus,
qui diſtrahi prætenditur fuerit confe-
ctus dubium ſtat ſi altera pars alibi ſit
quo modo citari poſſit extra locũ & c
d. §. contrahentes in. c. Romana. de
appel. in. vi. vide Felyn. in. d. c. fin. re-
ſtringit in caſibus non requirentibus
partis citationem in abſolutiõe quos
in. c. i. in. iiii. q. de iureiur. poſuit.

68 SECVNDA ſpe-
cies legalis proroga
tionis eſt, quaſi con
tract. nã eo caſu fo-
rus prorogatur.
¶ Quod contingit
pluribus modis.
¶ Primo dicemus quando hæres hæ-
reditatem alicuius adiret, tunc occa-
ſione ipſius defuncti, in loco vbi pote
rat conueniri defunctus quamuis non
domicilii vel fori ipſius hæredis, hæ-
res ipſe conueniri poteſt. l. hæres ab-
ſens in prin. de iudi. ¶ Nõ dicat in lo
co talis quaſi contractus, cum nõ ha
beat cauſam ſubſiſtentem per ſe. vt de-
clar. Bald. in. l. omnem. ff. de iudi. ſed
vbi poterat conueniri defunctus, & in
hoc differt a, contractu ita Paulus. de
Caſtr. in. l. de eo. ff. de iud. q dicit ꝙ ve
ritas eſt quamuis Curt. in. l. hæres ab-
ſens in. §. omnes dicto tit. velit conue
niri etiam in loco aditionis excepto
legato & videtur expreſſum in. d. l. de
eo. ibi ne impediat legatio & c. & hoc
ibidem tenere videtur Ang. quibus re
ſpondeo ꝙ ibidem defunctus conueni
ri poterat nec aliter in illo textu & in
dubio prẹſumendum eſt & hoc firmo
quamuis Bar. in. l. apud Iulianum in.
§. fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur
aliud innuat. ¶ Vnde diſtingue ꝙ aut
legatarii vel fideicõmiſſarii agerẽt ex
quaſi contract. inito per aditionẽ hæ
reditatis, aut ex contract. vel quaſi cõ-
fecto cum defuncto agerẽt creditores
hęreditarii, & declarat Bar. in. l. de eo.
de iudi. quicquid dicatur per text. in.
l. apud Iulianum. §. fin. eodem. ¶ Vñ
dic. ꝙ non attenditur proprium priui
legium hæredis, etiam ſi eſſet fiſcus.
¶ Quod declara reſpectu creditorum
ex perſona defuncti, quando inſtantia
cepta eſſet contra defunctum, de quo
tamen dic vt habetur in. l. ſi conſtãte.
§. fin. ſol. matrimo. vbi omnino vide
Alexan. & dixi in rubrica. C. de eden.
¶ Sed reſpectu legatariorum quia nõ
poteſt dici inſtantia cepta contra de-
functum, priuilegium attenderetur.
¶ Et ſic procedit reſpectu creditorum
defuncti iſta ſpecies, non obſtante pri-
uilegio inſerto in corpore iuris com
munis, vt patet in fiſco. ¶ Patet etiam
vbi hæres eſſet clericus, nam eius priui
legium in iure inſertum eſt, vt coram
layco, non cõueniatur. c. nouit de iu-
di. neq; ſi teſtator i teſtõ iuſſiſſet vt co
rã layco conueniretur conueniri poſ
ſet, Bald. in. l. ii. C. vt in poſſ. legatorũ
inſtantia tamen ceptą contra defunctũ

conuenitur, vt ſupra de fiſco dictũ eſt.
per.l.ſi cum hominem.ff.de fideiuſſor.
l.ſeruus.ff.de iis qui not.infam.arg.l.
vbi ceptum.&.l.de qua re.ff.de iudi.&
eſt caſus in.l.ſi cum hominem.ff.de ſi-
deiuſ.vt bene dixit Alex.in.d.l.ſi con-
ſtante in.§.fi. ¶ Et ita hæc per eum in-
telligas, quicquid dixerint Ang.in.d.
l.hæres abſens Canoni.in.c.quia.v.
de iudic.vbi Abb.& Io.an.in.c.is qui
de reg.iur.in.vi.in nouell. ¶ Nam cer-
te ratio in qua fundantur.videlicet il-
la quia fiſcus & clerici habẽt ſuos iudi-
ces tollitur meliori & ęquiori ratione
illa ſcilicet Alex.ꝙ cum ſuccedant reo
non debet ex hoc pati actor.vt expen-
ſas & tempus ſatiauerit arg.regulę al-
teri per alterum.in.vi. ¶ Et hæc de in-
ſtantia cepta cum defuncto, procedũt
etiam ſi hæres in loco, vbi defunctus
ſortiebatur forum non inueniatur, ſic
Ang.in.d.l.hæres abſens, per eaq̃ ha-
bent.in.l.ſi conſtante in.§.fin.ſolu.
matrimo.&.in.l.ſi is qui Romæ.ff.de
iudi. ¶ Fortius in his quæ cum defun-
cto ſunt conſumata ex cõuentione pu-
ta defuncti, nam in perſonam hæredis
ſeruãda ſunt nec ex priuilegio ſuo p-
ſonali hæres iuuari poteſt.l.i.&.ii.C.
ſi aduer.vẽd.pign.l.ad diem de verb.
obliga.& not.in.d.l.hæres abſens in
princ. ¶ Vnde quanto fortius in hęre-
de priuilegiato procedant, cuius priui-
legium non eſt inſertum in corpore
iuris cõmunis cuilibet ex prędictis in-
noteſcit, nam tunc etiam inſtantia nõ
cepta cum defuncto hæres adeũdo ſor-
titur forũ.vt not.in.d.l.hæres abſens
in princ. ¶ Et ſic procedit etiã quo ad
obligationes ceptas ex perſona hære-
dis & ibi Bart.dat exemplum de cleri-
co, qui allegaret priuilegiũ exemptio-
nis, puta ne poſſit conueniri corã epi-
ſcopo.nõ enim audiretur, vt eſt tex.in
d.l.ibi proprio priuilegio.& conſul-
uit Cyn.& habetur in addit.ad Abb.
in.d.c.quia.v.de iudi. ¶ Vnde ſi defun-
ctus erat Vicentinus, hęres vero Pata-
uinus, non conuenietur coram epiſco-
po Patauino, ſed coram Vicentino.
ſic ibidem Raph.& fuit opinio Marti-
ni. ¶ Quæ adeo vera ſunt, vt etiam ſi
teſtator in teſtamẽto ſuo iuſſiſſet vt hę-
res conueniri non poſſit coram iudi-
ce incompetenti ipſius hæredis, com-
petenti tamen ipſius teſtatoris, nihi-
lominus hæres conueniretur coram
iudice teſtatoris cum adeundo forum,
fuerit prorogatus, competenti inq̃ te-
ſtatoris, non tamen layco, vt ſupra di-
ximus per Bal.in.d.l.ii.C.vt in poſſ.
leg.nam diſpoſitio non valet, quia eſt
contra ius publicum.ita Bal.ꝑ gloſ.
ſingul.in.l.nemo poteſt de leg.i.quic-
quid gloſ.in.d.l.hæres abſens.in.§.ſi
quis tutelam in verbo abnegati ſe te-
nere videatur, iuncta.l.ſeruum filii.§.
eũ qui chyrographum.de leg.primo.
¶ Concluſio modo noſtra principa-
lis videlicet hæredem conueniri in lo-
co defuncti non procedit, vbi hæres
tueretur ex priuilegio proprio inſer-
to in corpore iuris cõmunis quod in-
tellige vt ſupra.non ſi eſſet particula-
rę priuilegium puta exemptiõis cõmu-
niter docto.in.d.l.hæres abſens. ¶ Ex
quo ſequitur ꝙ non procedit in fiſco,
quo caſu dicas ꝙ reſpectu temporis fu-
turi vtitur ſuo proprio iure ſed tem-
poris prętetiti, vtitur iure defuncti ca-
ſus eſt in.l.fiſcus in ſc̃do reſponſo.ff.
de iure fiſci puta ex cõtractibus defun-
cti, nam tenetur ad vſuras fiſcus hæres
quamuis ex perſona ſua nõ teneretur
eſt tex.in.l.cum quidam in.§.fiſcus.ff.
de vſur. ¶ Et ſequitur vt non procedat
in hærede qui tueretur priuilegio or-
dini conceſſo, vel priuilegio cõmuni
& vniuerſali. ¶ Exemplũ primi eſt vbi
clericus layco ſuccedit de quo dixi.
¶ Exemplum ſecundi erit ſi vidua ſeu
miſerabilis perſona ſuccederet non vi-
duę nec miſerabili.Ang.in.d.l.hæres
abſens de quo habetur in.l.i.C.quan-
do imp.inter pupill.& vid.per Cyn.
& doct.in auth.quas actiones de ſacro-

ſanctis eccleſi. Et ſequitur ex hoc, ꝙ non procedit in abſente a patria ſua ex cauſa neceſſaria, vel probabili, nã ſuccedendo alicui in loco abſentiæ, etiam Romæ vbi cõmunis eſt patria, habet priuilegium reuocandi domum in corpe iuriscõis inſertũ.l.de eo.ff.de iudi.dicitur in.l.ii.in.§.legatis.eodẽ. dũmõ ſatiſdet, vt dicã. Et niſi iſtãtia cepta fuiſſet cum defuncto, vt ſupra.

¶ Secundo principaliter et redeũdo, concluſio non procedit in deſcendentibus & initium ſumentibus in perſona hæredis vt in legatis & fideicõmiſſis.§.hæres inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr.l.apud iulianum.§.fin.ff. ex q. ca.in poſſ.ea.& hoc probatur in.l.legatis, de iud. vbi gl.& Ang. Nam tunc conuenitur hæres in domicilio ſuo, iuxta ea quę diximus de domiciliis. ¶ Niſi hæres contra legatarios exciperet ꝙ alibi eſt maior pars hæreditatis, nam tunc vbi maior eſt pars, ibi debet conueniri.l.ſi fideicõmiſſum.ff. de iud. ¶ Quod vltimum procedit, niſi teſtator voluiſſet vt alibi cõueniretur, & nõ in domicilio. ¶ In quo eſt aduertendum ꝙ hæc voluntas quandoq; expreſſa eſt.l.in fi.princi.cum ibi not. quãdoq; tacite ſumit, & hoc pluribus modis. Vel ex qualitate rei legatæ puta quia reperiat alibi tantum, vel alibi ſit in vſu. Exemplum ſi legauerit decem rubias frumenti, nam iſta qualitate, vel proprius menſura vtũtur Romani tantum non Marchiani vel Apuli, vnde petitio Romæ facienda eſt nõ vbi maior pars hęreditatis, videlicet in Apulia, eſt text.in.d.l.ſed & ſi.§.ſi libertis ibi comparitionis genere, ſecundum vnam lec.ff.de iudic. Vel ſumitur coniectura voluntatis ex perſona legatarii, puta legauit alimenta cuidã cõmoranti in certo loco, nam ibi cõuenietur hæres, ſi ibi ſint facultates ex quibus fieri pręſtatio poſſet.d.§.ſi libertis ibi ſit ſufficiens, vel. Tertio ſumitur cõiectura ex qualitate ſeu dignitate perſonæ legatarii, vt in.d.§.ſi libertis.in pri.ſc de partis, nam relictũ clariſſi. viris vbi cõmorantur pręſtandum eſt ſi facultas adſit, nõ vbi maior pars hæreditatis vt in.d.§. ¶ Idę per illum tex. dicit ibidem Ang. pręſtandũ eſſe doctoribus excellentibus. ¶ Sed dicas idem de relicto perſonis omnibus priuilegiatis de quibus in.l.ad egregias.ff. de iureiurañ. vel etiam eccleſię vt Ang. vbi ſupra. Vel quarto ſumitur ratione minimi legati, ſeu minimę quãtitatis.d.§.ſi libertis, in verbo modica. ¶ Si vero in illis locis hęres nõ habeat facultatem pręſtandi legatum conuenietur vbi maior pars hæreditatis reperitur. Niſi alibi ſoluere cepiſſet.l.ſi fideicõmiſſum.ff. de iudi. Et niſi hæres ſe obligaſſet ad pręſtandum legatum alibi.l.quis eo.titu. Et niſi hęres alibi cõuentus excipere dimiſiſſet, ſic declinatoriam non omiſiſſet, & alibi litem conteſtatus eſſet.l.ſed & ſi ſuſceperit eo.titu. ¶ Tertio principaliter concluſio noſtra principalis: videlicet hæredem cõueniri in loco defuncti neq; etiam procedit in iis quæ abſq; facto hęredis nõ ſortiũtur effectũ, in his enim inſpicitur priuilegiũ hęredis, vt in caſu.l.cum filius.§.in hac de verb.obliga. vbi Iac. de Rau. ¶ Neq; procedunt in actitandis cum hærede, quæ diuidi poſſunt ab actitatis cũ defuncto.l.fiſcus in.ii.reſpon.ſecundum Ang.in.d.l.hæres abſens. Nihilominus cogita an ſuperfluum hoc ſit, per ea quæ diximus ſup de fiſco. ¶ Neq; procedit ſi in loco defuncti hæres nõ inueniatur.ſcdm Angel.in.d.l.hæres abſens, & videtur ibidem probari in verbo conueniatur. ¶ Neq; procedit irreuocabiliter, ſed reuocabiliter quãdoq;, videlicet ſi ſatiſdet de ſoluẽdo legatariis, & creditoribus in loco domicilii ipſius eſt tex.in.l.de eo.vbi gloſ. Bar.& doct.de iudi. ¶ Quod intelligas in abſente ex quacunq; cauſa, neceſſaria, vel probabili, nõ propter ſolam

lam

lam legationem vt per.d.l.iuncta.l.ii.§.legatis. ¶ Et ſiue ſolo animo hęreditatem adeat iuxta.l.gerit.ff.de acquir. hęredi.vt declarat glo.& doct.in.d.l.de eo ſiue faciendo actus qui citra ius & nomen hæredis geri nequirent. iux.l. pro hęrede.d.tit.nam.d.l.de eo loquitur generaliter. ¶ Et intelligas, etiã ꝙ voluntarie quis adiuerit hęreditatem. Ita cõmuniter non ex neceſſitate ꝗuis remota vt intellexit Iacob. Butri. illa videlicet aditione quæ fit vt hęreditas tranſmittaᵗ,iuxta.l.vnicam.§.in nouiſſimo.C.de cadu.tollen. licet nõ adeatur neceſſitate proxima.l.nec emere C.de iure deliberan.l. ſicut de repud. hęred. ¶ Et intelligas etiam, ſi adierit Romę,vbi & prius rõne loci poterat coueniri.d.l.de eo.iuncta.l. Roma.ff. ad municip.nam in his omnibus caſibus,quia ibi inueniebatur,ex cauſa neceſſaria vel probabili quãuis ſi contraxerit adeundo ſatiſdando tamen vt ſupra,domum reuocabit. ℣ Sed ſi non ſatiſdaret,cogeretur ibidem ſe defendere alias legatarii mitterentur in poſſeſſionẽ bonorum oĩum hæreditariorũ tantũ ex primo decreto.vt not.in.d.l. de eo autem,ſic & cæteri creditores hęreditarii. ℣ Si vero hęres non gauderet priuilegio in corpore iuris inſerto tũnc mitterentur ex primo & ſecundo decreto in bonis etiam ipſius hæredis l.certa forma.C.vt in poſſ.leg. videlicet poſt ſex mẽſes,vt not.in.d.l.de eo. ¶ Hodie vero pro menſura debiti declarati.per not.in auct. ei qui iurat.C. de bon.author.iud.poſſiden. ¶ Et hęc vera ſunt in bonis ipſius hęredis, niſi adiuiſſet cum beneficio inuentarii de quo in.§.ſi vero non fecerint in auct. de hæred.& falcid. ¶ Quæ vera vt dixi ſi non ſatiſdaret,ſed quo ad ſiſtendũ in iudicio in loco domicilii, non ſatiſdare,ſed cauere tantummodo tenetur, not.in.d.l.de eo eſt tex.in.l.ii.§. ſed ſi dubitetur de iudic. ℣ Et in hoc differt contractus a quaſi contract. Nam legatus contrahendo perdit priuilegium reuocandi domum vt ſuperius dictum eſt,non quaſi contrahendo,vt hic videlicet cum incerta perſona,quod fit adeundo,ſecus ſi quaſi contraxerit cum certa Marianus in.c.fi.ibi decima &c. Poſt Ang. ℣ Et ſicut non conuenitur adeundo,ſic etiam ſi per fideicommiſſ. ei ſit hęreditas reſtituta,etiam ꝙ egerit contra hæredem ſeu cogat ad adeundum. ℣ Sed contra hoc facit,quia legatus agendo etiam per officium iudicis tempore legationis, perdit ius reuocandi domum, vt dixi in articulo quãdo forus in genere prorogatur ratione communis Patriæ. Marian.poſt aliquos in.d.c.fi. conantur ſoluere ſed nihil agunt,vel forſitan litera eſt corrupta. ℣ Dic ergo ꝙ finito iudicio cõtra hæredem ab aliis conueniri nõ poteſt,quia hoc eſt concluſum in.d. articulo per omnes & minus vbicunqꝫ legatus ageret pendente iudicio,ex quo ſibi non eſt hæreditas reſtituta, & ante reſtitutionem conueniri non poteſt, vt inſti.de fideicom.hæred.cum ſimil. ¶ Secundo principali modo contingit a lege prorogari forum, videlicet quem conueniri ex quaſi cõtractu inſtantaneo non momentaneo, de quo ſupra. ℣ Exemplum,quis tutelam alicuius adminiſtrauit, vel alicuius negocia geſſit, in loco non ſui domicilii, ex quaſi cõtractu,remanet obligatus, ita ꝙ ibidem conuenietur. ℣ Vt quia indebitum vt ſibi debitum recepit.d.l. hęres abſens in.§. ſiquis tutelam, vbi glo.& omnes inſti.de obliga. quę ex quaſi contr.cum ſimil.fortius ſi adminiſtratio publica fuiſſet,eſt tex.in.l.i.& ſecũda.C.vbi de ratiocin.agi oportet: vide tex.in.c.ſcriptum de elec.vbi Abbas.in.v.not.& vide Spec.de compe. iudic.adit.in verſicu.xlvi. ℣ Et tene mẽti ꝙ ſi libros haberet alibi ꝗ in loco adminiſtrationis, non ſuperſederetur, ſi vellet dilationem ad producendos libros niſi ex iuſta cauſa alibi tranſlati

fuiſſent.l. argentarium, & ibi Bald.ff.
de iudic. ¶ Concluſio modo noſtra
procedit vt non tantum conueniatur
coram ordinario loci, verum, et corã
delegato intra vnam dietam hodie a
dicto loco licet ſatis diſtet a loco do-
micilii ipſius rei, vt per Innocẽ.in.c.
dilecti de foro competen. & Angel.in
d.§. ¶ Et procedit in aduena, nam qa
adminiſtrabat, præſumendum erat, nõ
eſſe ſtatim receſſurum non ſic in momẽ
taneo contractu de quo ſuperius, ſic
debet intelligi.d.verſic. proinde.l.hæ
res abſens, iuncta.l.omnem.eod. titul.
Neque habebit in iſto quaſi contractu
inſtantaneo beneficium reuocandi do
mum data ſatiſdatione, de qua in.l. de
eo. de iudic. etiam ꝙ non ceſſet ratio
illius tex. quam diximus, ſupra ſic in-
tellige textum in.l. interdum.§.fina.
d.titu.iuncta.d.l.hæres abſens.§.ſiqs
tutelam. ita Bart. poſt Cy. & antiquos
in.d.l.de eo. ¶ Et procedit etiam ſi il-
le qui quaſi contraxerit non reperire-
tur in loco quaſi contractus. ⁋ Quod
intellige non ꝙ fiat remiſſio perſonæ
debitoris vt in.d.§. ſiquis tutelam &
ibi nota.in glo. ibi ſupplent quidam
& eſt text. vbi omnes in.c. Romana, in
§.contrahentes. Innocẽ.in.c. licet ex
ſuſcepto. de foro competen. ſed reſpe-
ctu bonorum ſuorum, vt ſic fiat miſſio
in poſſeſſionem ex primo & ſecundo
decreto, patet in.d.§.ſi quis tutelam
ibi.poſſid. bona, nam per primum
decretum non poſſidentur.l.iii.§.fin.
de acqurend. poſſeſſio. ⁋ Bonorum in
loco quaſi cõtractus ſituatorum, quin-
immo ſituatorum in territorio alte-
rius iudicis hoc eſt per ipſum iudicem
territorii ad literas iudicis loci quaſi,
contractus, qui pronunciauerit de mit
tendo actorem in poſſeſſionem bono-
rum, ipſius rei tex. glo. & omnes. In.c.
Romana.in.§.contrahentes, de foro
competen. gloſ. & Barto. reſtringens
vbi bona in loco contractus, non ha-
beret. ⁋ Vnde melius dicit indiſtincte
Angel.in.d.l.hęres abſens.in.§.ſiquis
tutelam de iudic. Paul. de caſtro in.l.i.
70 ff. de eo quod certo loco. ¶ Sed circa
remiſſiones doct. variarunt, vnde bre-
uiter dico ꝙ in quaſi contract. ex ad-
miniſtratione tutelę qa tutelę munus
publicum eſt inſt. de excuſ.tut. in prin-
cipio remiſſio faciẽda ſit, moueor per
tex. in.l.i.C. vbi de ratiocl. agi oport.
¶ Et hoc ſi in loco adminiſtrationis
bona non poſſideret. Ita Bartol. tenet
in.d.§.ſi is qui tutelam, vel ſi poſſide-
ret idem dico, nam in.d.l.i.loquitur
indiſtincte. ⁋ Sed dum dicit alio titu
lo aduerto, quia natura dictionis alius
eſt importare ſimilitudinem, vt per di
ctioniſtas. Itaque intelligitur de onere
publico, & ſi rerum priuatarum admi-
niſtratio ſit, vt eſt tutela. quicquid glo.
prima ibidem dicens de procuratore.
⁋ Quod autem remiſſio fiat, videtur
velle glo. vltima ibidem, dum pro cla
ro firmat in terminis ſecundæ legis, &
certe verba legis ſecũdæ habentia ſe
per verbum oportet, importans neceſ
ſitatem, ſimiliter ponũtur in prima le-
ge. ¶ Aut eſſemus in quaſi contract. ex
alia adminiſtratione, tunc dicerem fa-
ciendam remiſſionem in duobus caſi-
bus Bartoli, videlicet ſi in loco quaſi
contractus, nil poſſideret (quod not.
pro negociorũ geſtoribus) vel ſi poſſi
deret, tamen alibi latitaret ſic ipſe, in.
d.§. ⁋ Et in iſto caſu tenerem cum Ioã
ne & Azo. relatis in glo. ibidem. ¶ Et
moueor quia eadem ratio videtur quę
eſt in delictis, nam cum adminiſtraue-
rit, nec rationem villicationis redde-
re paratus ſit, pręſumitur contrectaſſe
ſeu ſubripuiſſe, ſic etiam dicerẽ in quaſi
contractu momẽtaneo, qui reſultat ex
aditione hæreditatis. ⁋ Dicat quid ve-
lit Angel.in.d.§.ſequutus Ioan. and.
in.d.§.contrahentes, nullo modo re-
miſſionem fieri. ⁋ Quibus reſpondeo
ꝙ verum ſit in contractibus vt loqui-
tur.§.contrahentes, in quibus non ita
præſumitur contrectatio, vt ſupra, &

ſic diuerſa eſt ratio,neque parificantur cum contractibus,ſed immo cum deliſ ctis,vt Ioã.& Azo.quos ſic,ſaluo, & cõ cluderem cum Barto.vt vidiſtis,quam puto eſſe mœram veritatem. ¶ Pro hac opini.allego,& hoc voluit Rayn. in.l. i.C.vbi cauſa ſtatus dicens ꝙ vbi cauſa pecuniaria poſſit cauſam ſiue accuſa- tionem criminalem inducere, vt in ra tionibus reddendis,etiam ſi in tali cau ſa nõ poſſet agi criminaliter ſed tantũ de facili crimen in ea inſurgere poſſet, vt in falſo.l.i.§.ſi quis in rationibus ff.de falſis,tunc remiſſio locum habet vt Guil.in.l.i.ff.de eo quod certo loco per.l.ſi quando.C. de teſtamen.& in.l. apud eloquentiſſimum.C. de fide in- ſtrumen. ¶ Retenta nihilominus opi. Ange.poſt Ioan. quam etiam videtur tenere Innocen.in.c.licet ratione.de foro competen. ¶ Eam limitabimus, primo niſi iuraſſet ſiſtere in loco quaſi contractus,nam tunc ratione periurii quod eſt delictũ fieret remiſſio, vt per eundem Angelũ ibidem,per.§.ſi vero ibi exhiberi eum omnino iubeat, in au then.de exhiben. reis. ¶ Tu aduerte ꝙ procedit etiam ſi non iuraſſet,dummo do promiſiſſet,ita Bald.in.l.cum Ar- chimedoram.ii.colum.C.vt in poſſeſ- ſionem legatorũ:dicens fuiſſe opinio- nem antiquiſſimorum doctorum per plura tempora ante Accurſ.ſubdens ꝙ ſibi ipſi neceſſitatem impoſuit qui ſic promiſit,& probat ex ratione.l. ſi fide iuſſor.§.penul.ff.qui ſatiſd. cogan. ¶ Secũdo limita niſi renunciaſſet pri- uilegio fori vt eſt gloſ. in.l.i.ff. ſi quis in ius voca. non ier. quam pro nota- bili extollit Bal.in.d.l.cum Archime doram.& in conſi.cclvi.libro primo. Barto.eam ſequitur in.d.l.& in.l.hæ- res abſens in.§.ſi is qui tutelam.ff. de iudic.Alexand. & Iaſon.in.d.l.prima ſed Angel.ibidem & Rapha.contrariũ tenuerunt quia.d.§.contrahentes lo- quitur generaliter, quos Imola in.c. finali.de foro competen. ſequi videt-

dum dicit ꝙ cõmuniter ſeruatur con- tra gloſſam illam hoc ſequitur Maria. in.c. dilecti eodem. numero. xxxix.& ego ſequor quicquid dixerit Fely.in d.c.fina.nam dico ꝙ renunciando pri uilegio fori quis aſtringit ſe vt alibi poſſit aſtringi ad contractus obſerua- tionem,& conſequenter vt alibi citari poſſit vt ibidem aſtringatur non ta- men vt remittatur quia ſic offendere- tur.d.§.contrahentes,quandoq; inte- reſt potius alibi aſtringi propter pu- dorem:dum remittitur & hoc verum puto etiam ſi verba ſe haberent,vt poſ ſit vbiq; locorum conueniri nam in- telliguntur cum effectu ibidem.l. iii.§. hæc verba.ff.de nego. geſt. ¶ Tertio limita niſi reus eſſet debitor fiſci, ratio ne publici officii.l.ii. vbi de ratioci. agi oport. ¶ Quarto limita niſi eſſe- mus in cauſa ſtatus puta cum eſſet quis in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, aufugit ad alium locum ibi ſe vendicando in libertatem,nam tunc remiſſio fiet,Cy. i.l.i.& ſecũda.C.vbi de ratio. ¶ Quin- to limita niſi ageretur de conditione perſonæ quæ diceretur aſtricta alicui collegio,vel vniuerſitati,a qua aufugit l.ii.C.vbi decur. vel cohart. ¶ Sexto limita niſi ob nimiam contumaciam. Bald.in.c.dilecti,per.l.conſentaneum C.quomodo & quãdo iudex. nimiam contumaciam intelligas vbi ſemel in loco contractus vel quaſi citatus fuiſ- ſet ita loquitur:ille tex. ¶ Septimo li mita niſi in caſu de quo text.in.§. ne- ceſſitate in auct.vt iudic.ſine quo.ſuffr. fiant. Vbi officiales de eorũ geſtis in officio,perſonaliter rationem reddere tenentur ſic lim.Ioan.and.in.d.§.cõ- trahentes. ¶ Nihilominus limitatio- nes vt puto darentur ad cõtractus,nõ autem ad quaſi contract.de quibus de- claraui. ¶ Octauo niſi a lege cognitio cauſæ certo iudici demandata fuiſſet, exemplum eſt in.l.I.C.ne lic.poten.& hęc in ciuilibus. ¶ Aduerte quoniam hodie remiſſiones, omnibus pene in

